

Si aliquid falsum, Deo contumeliosum, hominum rationi eontrarium contineat. Alioqui reiecerit rem, quæ tibi æternam, aut salutem promittit, aut pœnam comminatur: non nisi scœlus est in expiabile. Cadat in mentem tuâ vel hic vnicus timor; ne forte vera sint quæ hoc Euangelium continet. Hic enim facient te inuenire, quam vera sint.

Ecce ego mitto vos.

ECCE res est magni momenti. Siquidem ut talem eam Dominus attendi iubet. Videlicet, quia mittere discipulos: res erat orbi summè necessaria. Sumè utilis, sumè honesta, & sumè iucunda. Erat enim mittere solem mundo obtenebrato. Salem carni putridæ: ignem orbis frigido, vitam mortuo, medicum infirmo, thesaurum infinitum, miseræ infinitæ. Ut rem tantam, meritò dicit, ecce. ¶ **E**GO, Authoritas est mittentis: & non nisi mittentis Dei. Quis enim ad totum orbem mittere potest nisi Deus? & sancè cù audis: ego mitto, ego venio, ego loquor. Ego qui loquebar ecce ad sum, Deitatem intellige. Cuius est, hæc a se ipso facere. Quod si diffidis: à te exigo: quis dare vim ad edenda miracula poterat, nisi Deus? eius ergo est mittere: qui virtutem miraculorum effectricem, concedere poterat. ¶ **S**I C V T oves. Ouium conditio est: nullam sui habere curam: (adè simplex animal est) totum à pastoris cura dependet. Dominus (inquit quædam ouis) regit me: & ideo nihil mihi deerit. In loco enim pascuæ ibi me collocabit: Si queris, in quibus pascuis? audi eandem oué. Sumus oves pascuæ eius, in ipso Deo pascimur. Sicut, n. oves iñ inferno positas mors de patit: ita oves positas in gratia Dei, Deus pascit, & ipse pascunt Deum. An non rectè de his dicitur: quod pastor oves suas collocat in pascuis huberrimis? Overè fœlices oves, quæ Deo pascuntur. Quid speras, nisi quod in Deum conuertatur? overè fœlicem mensam: quæ contra omnia ouium mala valet. Parasti inquit, in conspectu meo mensam: aduersum omnes, qui tribulant me. Non contra vnum, aut alterum aduersariū, mensa hæc proficia est: sed contra omnes. Id verò quod contra omnia mala defendit, nihil nisi Deus esse potest.

Ita habes
in Epis. 1.
Sixti, & 3.
Felicitatis & 1.
Sothoris.

Psal. 22.

Psal. 99.
Psal. 48.

Ezech. 34.

Psal. 22.

Psal. 43.

Eodem.
1. Cori. 15.

Psal. 72.

¶ Iam reuera mirabile est, quod hæc oves pascuæ Dei, estimate sint sicut oves occisionis, id est, ad occisionem paratæ. Et quasi vñica occisio nō satis esset, addit psaltes: Propter te mortificamur tota die. & Paulus, quotidie morior per vestram gloriam fratres. Imò hæc mors ouibus venit, à principio diei: castigatio inquit mea in matutinis. Quid nocuerunt, cum sint oues? imò quibus non vtiles sunt? cur ergo armantur omnes ad eorum occisionem?

¶ Inter lupos. Arbitror ego, solam gratiam Dei, & eius charitatem oves facere. Vbi verò charitas non est, planè cupiditas est, vbi verò cupi-

ditas, ibi lupina voracitas erit. Rectè Ioannes: 1. Ioan. 2. quicquid in mundo est, est concupiscentia carnis, oculorum, aut superbiae. Igitur omnes hi, qui nō dederūt sua nomina Christo, sub cōcupiscentiæ militat vexillo. Voraces ergo sunt, edaces sunt, lupi sunt. Vbi igitur est spiritus Christi, ibi sunt oves. Vbi caro est, lupi sunt. Inde iam eluet, cur dixerit Dominus: Mitto vos, vt oves in medio luporum: sicut enim natuum est odium luporum, contra oves: ita natura caro concupiscit aduersus spiritum. Propterea enim mundus vos odio habet: quia non estis de mundo. 1. Ioan. 15. Si enim de mundo essetis: mundus quod suum est diligenter. Quod igitur dictum est, inter quos philip. 2. lucetis, in medio nationis prauæ, & peruersæ, verbum vitæ continentes: id Dominus dicit: Mitto vos oves inter lupos.

Estote ergo prudentes sicut serpentes. Serpens ille qui Adam, & in eo omne genus hominum prostravit, non proprio spiritu: sicutdem ipse mutum animal est: sed spiritu diaboli, genus infecit nostrum. Vult ergo primū Christus, vt prædicator spiritum abijciat suum, & Spiritu sancto imbuatur. Ut quos serpēs dēmonie correptus fecellerat: ipse Spiritu sancto afflatus in viam rectā deducat. 2. Iam sicut serpēs, non ex se, sed ex spiritu dēmoniaco erat callidior cunctis animantibus: ita vult Dominus prædicatorem suum esse sapientiorem cunctis hominibus. Sanè spiritus dēmonis fecit serpentem: vt non esset astutia, quæ ei compararetur, super terram: ita faciat spiritus Dei, vt omnis sapientia mundi, ad eius prædicatorem collata stultitia sit. 3. Et sicut serpentis verba, non erant principaliter eius: sed dēmonis, qui loquebatur in eo: ita vult Dominus talem suum esse prædicatorem: vt non ipse potissimum in se: sed Deus sit, qui loquatur. Et cum Paulo dicat, 1. Cori. 15. præ omnibus laboravi, non ego, sed gratia Dei mecum. Et item: An experimentum queritis, 2. Cori. 13. eius qui in me loquitur, Christi. Item hæc dēmonis fuit summa ars: oculos hominum conuertere in lignum scientiæ boni, & mali: & eorum voluntatem allucere, ad eius fructum edendum: ita ars & astutia tota prædicatori hæc esse debet: oculos hominum conuertere in Christicrucem: voluptatem eorum inflectendo: vt de eius fructu, id est, Christo manducent. Vbi se magnus aperit mysteriorum campus. Sed breuiter: In hoc mundo sumus velut in inferno: sicut olim nostri parentes erant in paradiſo. Olim solum lignum scientiæ boni & mali, erat noxiū. Christus solus in ligno pendens est lignum vitale: reliqua ligna mutilia. Quia sine Hebre. 13. fide nemo placet Deo. Nihil verò quadrangulus quād dicere, Christum esse lignum scientiæ boni & mali. Sciuit & bonum, super omnes: & malum super omnes. Malum inquam pœnæ, non culpæ: Serpens conuertit ad csum ligni vestiti, Prædicator conuertat ad csum ligni solum

m iij ad cœlum

Genes. 3.

Roma. 5.

2. Cori. 6.

2. Cori. 5.

Ezecl. 38.

Naum. 2.

Genes. 8.

Philip. 3.

ad cœlum concessi. Adde etiam, omnes suos neruos contendit serpens: ut homines primos à fide reuocaret, Dicit enim cur non comeditis? At illi ne moriamur, tunc ille, nequaquam moriemini. Vides diabolum à fide eos expulisse: omnes igitur neruos intendat Christi prædicator, homines sub fidei obedientia captiuare. Hic enim est solus ad vitam ingressus: & vt Paulus ait, in gratiam accessus. Iucundum mihi est, contemplari discrimen serpentis, & prædicatores. Serpens nudavit hominem & fecit eum sua met verenda, (quæ verè pudenda non erant) erubescere. Contra facit prædicator, hominem facit suam priorem nuditatem agnoscere, & peccata (quæ non putabat ipse verenda, cum te vera pudenda essent) vereri. Demum illud adverte: Serpens ille èneus in ligno suspensus, serpens videbatur, non erat tamen venenatus videbatur: & vitam aspicientibus præstabat. Tales sint prædicatores, credantur mali, sint ipsi sancti. Credantur pestilentes, & vitam afferat. Audi Paulum. Nos inquit, vt seductores, sed veraces: vt ignoti, & cogniti: quasi morientes, & ecce viuimus: quasi agentes, & multos locupletantes. Ac si diceres, quasi serpentes: sed vitales. Parum tibi forsan videtur verbum hoc vitales. Sed cum alijs vitam prestare per verbum Dei cognoueris, agnosces quanti constat vitalē esse. **Simplices** ^{vt columbe}, Grecis: est sinceri ^{columbe}. Nunc vide c. lumbam, cum vnguis & rostro. Putabis cā ad nocendum armatam. Verè tamen non sunt illa arma, ad nocendum. Ita & in prædicatoribus ira est, potestas est. Sed non sunt illa ad destructio nem: sed ad edificationem. Vide etiam cōtinuum columbe gemitum. Ezechias inquit, meditabor, ^{vt columba} Attenuatis sunt oculi mei, suspici entes in excelsum. &c. Et alibi dicitur: ancillæ eius minabantur gementes: ^{vt columbe}. Videlicet quia inermi, gemitus pro armis dati sunt. Quis daret Episcopis nostris: ^{vt attenuatos} haberent oculos. (propterea quod, suspicerent in cœlū:) & gemitus, & meditatione columbae haberent? Tertio recordare columbae quæ ex arca emissæ, non inueniebat inter cadavera ubi pedem collocaret. ideoque ad arcam reuersa est. Arca quis est nisi Christus? vt in am omnies prædicatores ex hac arca mitterentur. locumque in rebus mortali bus non inuenirent: vt sic nunquam nisi ad arcam redirent. Quartò. memini me legisse, columbam delectari in suo volatu. Si igitur fugiens ac cipitrè cōtinuo volet, euadit ex vnguis eius, sed si suo delectata volatu in aere suspensa remaneat, eius præda fit. Utinam prædicator continuo volet ad æternæ vocationis brauium si vero in vanæ gloriæ aura suum volatum intersitat præda dæmonum sit. Quintò horum omnium summa est. Spiritus sanctus descendit in columba specie. Is ergo re vera sincerus est ^{vt columba}, qui spiritum sanctum habet. Idem enim spi-

ritus serpentem facit, & columbam. Siquidem dicitur, Spiritus Sapientie est multiplex, & unicus, omnem habens virtutem. &c. Et infra, cū sit vna, omnia potest, & in se permanens, omnia in nouat. Si omnia potest, igitur cum serpente iungit columbam.

Cauete autem ab hominibus. Si dixisset cauete à dæmonibus, à peccatis, à malis hominibus: nihil mirarer. nunc vero cum dicat: cauete ab hominibus, quis non miretur? Re vera rectissime dictum est. audi quantæ estimationis homo sit in sacris literis. Constitue Domine legislatorem super eos: vt sciant gentes, quia homines sunt, id est, vt sciant quā miseri sunt. Paulus inquit. Cū sint inter vos contentiones: nū quid non homines estis? Id est, an non vilissimi estis? Et item: non enim ab hominibus didici, neque per hominem. Quid Paule mali habet, ab homine didicisse? Certè quia est omnis homo mendax. Et rursum: quia omnis homo vanitati similis factus est. Imo, est vniuersa vanitas omnis homo vivens. Cur erigis cristas: tu, qui non es vna aut altera, sed vniuersa vanitas? At profectò Apostolis & sanctis non videntur homines vanitas dumtaxat: sed truculentissimè ferè. Ait David: Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat. mihi homo. Ac si dicat: non timebo vngues leonum, venenoa serpentum. Surge ergo Domine, non confortetur homo. Vis videre qualis sit homo, qui nihil est aliud quam homo. Lege Pauli ad Romanos capit. 1. 2. 4. Ibi graphicè tuus homo inuenitur depictus. O verè miseradram ruinam. Erat homo ad imaginem Dei factus. nunc vero iubet Dominus cauere ab hominibus: quia primum est cor hominis præ omnibus. Merito ergo dictum est, ipse non se credebatur, quia ipse sciebat quid esset in homine: iubet ergo caueri eum, cui ipse non se credebat. Dignè non se creditis. quis solus bonus est, iis qui planè mali à Deo dicuntur. Dicit enim: si vos cum sitis mali. &c. Luce. 11. ¶ Si vero cauam queris cur cauere ab hominibus iubeat. sequitur. Tradent enim vos in Conciliis suis, & ante reges & presides in foro scilicet Ecclesiastico, & ciuili. Ut ibi fides examine tur & in testimonium illis sit. Vesta enim firmitas & constantia, (quæ capitatis obiicitur periculo) testimonio est, non esse eam vanam fidem, quam ita defenditis. tum miracula illa, quæ à vobis in eo periculo perficiuntur, testificabuntur eiusdem fidei veritatem. Demum sicut sanguis Abel clamat, in testimonium, quod à Cain iniustè effusus est. ita sanguis Apostolorum, cicatrices, & verbera clamant contra eos qui eos angustiaverunt. Dicunt enim Sancti: Vindica Domine sanguinem seruorum tuorum qui effusus est. &c. Cū autem tradent vos: nolite cogitare, quid loquamini: spiritus sanctus loquetur in vobis. Verè digna tribulatio, quæ nos organum facit Spiritus sancti. quale vero pectus illud erit, ex quo verba manant Spiritus sanctus. Vide hic Dei prouiden-

Sapien. 7.

psalm. 90.

1Corin. 2.

Galat. 1.

Psalm. 13.

Psalm. 143.

psalm. 38.

Psalm. 5.

Genes. 10.

Ieremi. 17.

Ioannis. 12.

Math. 19.

Luce. 11.

Genes. 4.

Sapien. 5.

Apocal. 20.

Aðor. 4. prouidetiam: erat necesse, primos illos fidei testes afflari spiritu sancto: ut non solum verba proferrent efficacia, sed mortem etiam intrepide expectarent. Alioqui quale erat, constanti verbo testificari: & trepido facto testimonium infirmare? Secundo erat ita necesse: ut presides illi, & sapientes mirarentur hominum illorum, & dicta, & facta: & suspicaretur vera esse quæ narrabant. Vnde alicubi dicunt: vnde istis ista sapientia? Mirari iam conuenit, cur loquente spiritu sancto, cor hominis non emolliatur? Expediter etiam liber, quam sit Deus adiutor in necessitatibus in tribulatione? Enim verò, ad est spiritus Patris filii suis, in negocio Patris certantibus. Quomodo enim Pater suos deserat filios? Expende etiam: quam parum tribuat spiritus nostris & verbis, & viribus. Si enim nimis illis fideret, non eorum loco sua substitueret. Ut verum sit, perditio tua Israel, ex te. tantum auxilium tuum, ex me. ¶ At pulsat animum admiratio. Sanctissime spiritus: cur bellum cum hominibus suscepisti? an non tu omnia potes? quid necesse est, te in Apostolis loqui: & in eis hominum stultias, & deliria tecum pugnantia sustinere? Si vis fidem propagari, iube & factum erit. Sed equidem humanas res, humanè vult Deus tractari. Homines vult hominum verbo cōuersti. Itaq; disponit omnia suauiter, & ea ratione qua homines illa disposuissent.

Roma. 8. **Eritis odio omnibus hominibus.** Cur ita? quia prudentia carnis est Deo inimica: legi enim Dei non est subiecta, neq; enim potest. Ergo ut à seculo, & à mundo primo, confregit iugum Domini, ita & nunc confringere patrat. ¶ Quam verò intollerabile est, odio omnibus esse? nihil est vitæ hominum, adeò naturale, necessarium, iucundum, & utile quam hominū amicitia. Quis ergo ferat ea carere? Vide quātis se obijci at periculis, qui legatione vult fungi pro Christo. Fronte ænea opus est, & facie ferrea, ut in omnibus sit institutus: & abundare, & penuriam pati. Sed magis penuriam pati.

¶ Et profecto, non nisi summum miraculum esse potuit: quod predicatores ieuaderent victores, cōtra quos totus mundus arma suscepit. Quodq; totius mundi sibi prēperirent amorem: quos totus mundus tanto odio habuit.

Psal. 43. **Qui perseverauerit saluus erit.** Et meritò quidem. Neq; tota natura potest, totius odium ferrè nature. Non est humanarum viriū, tota die mortificari estimariq; ut oves occisionis. Igitur qui perseverat, supra totam naturam operatur. Quare merabitur supra naturam collocari. ¶ Forrò verbum gr̄ecum est. Qui expectauerit, & sustinuerit: saluus erit. Planè expectat agricola granum frumenti in terram cōiectum, corrupti. Expectat pater familiās ligni immensam molem, oliuis suis imponi: ut inde oleum suscipiat. Expectet igitur predicator lignum crucis, suę carni imponi: si oleum

gratię vult in vasa fidelium recondi. Si ita sustinuerit, saluus erit.

¶ At dices, an non sat fuisset, semel pro fide verberari, flagellari, lapidari, & omnium odium sustinere: cur Dominus tam vult esse pertinax: ut perseverandum nobis fragilibus sit, usque in finem? Evidem non est iniustus Deus: ut obliuiscatur operis, & dilectionis: quam ostendistis, inquit, in nomine ipsius. Interim tamen neminem Deus vult desidia confici, languere, aut torpere. Fieri siquidem potest semel illuminatos: qui gustauerunt donum cœlestis, & participes factos Spiritus sancti, qui gustauerunt bonū Dei verbum, & virtutes seculi venturi: his omnibus gustatis: prolabi, & velut ex altissimo cœlo, in profundissimam abyssum proruere.

Non consumabitis ciuitates Israëlis. Non id videtur intelligi ante Christi mortem. Si quidem ante eam non leguntur Apostoli passi persequitionem: nec fugisse de ciuitate in ciuitatem: nec odium sustinuisse aliquorum, erat siquidem cum eis sponsus. Sermo ergo, videbitur de omnibus predicatoribus, qui non consumabunt omnes ciuitates Israëlis: non secundum carnem, sed secundum spiritum, donec ad Iudicium Christus veniat. Nec repugno quin etiam de ciuitatibus Israëlis (id est ubi habitat Israël secundum carnem) intelligatur. Scio enim Israëlitas dispersos in omninatione, quæ sub cœlo est. Igitur predicatores non finient predicando omnes orbis ciuitates: quin veniat filius hominis. Cum ergo temporibus his, nostri Hispani tanto feroce, orbem nouum perlustrauerint: ut non multe supersint ciuitates, ad quas Euangelium non penetrarit, suspicio est, breui venturum Iudicem Christum. Videtur tamen Euangelium pronunciare, aliquam futuram esse ciuitatem: quæ Euangeli lumine nō sit illustrata: Dicit enim, non consumabitis omnes ciuitates. Igitur ante consumationem veniet Index.

Non est discipulus.

Totus h̄ic locus nihil aliud contendit: quam argumentis multis, animos discipulū addere: quod rubustissimi omnē laborem, & mortē etiam contemnāt. Vtinam verò mihi licuisset argumentorum efficaciam penetrasse. Primum ergo argumentum est.

¶ N O N est discipulus supra magistrum. Vbi nota. Cōmune magisterium verbis perfici. At Christus non solum verbis docuit, id enim lex vetus prēstebat: sed quod verbo docebat, animo inspirabat. Ideo enim docēbat: sicut potestate Math. 7. habēs. Iam igitur, Magister noster animum habuit, crucis & laboris appetentissimum. Dicebat enim baptismo (sanguinis) habeo baptizari: quomodo coarctor, donec perficiatur. Hūc animum discipulū suis adflat, licet non in tanta sublimitate. Respice afflatum discipulum, cum dim. iiiij cebat:

- Galat. 6.** cebat: mihi absit gloriari nisi in cruce. Et rursū.
2.Cori. 11. libēter gloriabor in infirmitatibus meis. Ergo vt
discipuli Christi, in hoc dignoscuntur: si affectū
Ioan. 13. 4. habeant, quo proximos ament: ita & in hoc di-
gnoscuntur si affectum habent, quo pati cupiāt.
aut certè patienter mala patientur. Quòd si nec
crucem tibi imponis, nec impositam toleras: ma-
ior discipulus v̄is esse tuo magistro. Imō non es
huius magistri discipulus.
- 8. petri. 2.** Nam expende, magister tuus nullo est malo
dignus. Siquidem peccatum non fecit, neq; est
qui cum arguat de peccato. At omni malo indi-
gnus, omne malum passus est. Ipso dicente, in
me transierunt irę tuę & terrores tui conturba-
uerunt me: & omnes fluctus tuos induxisti su-
per me. Contrā, nos discipuli, omni malo digni,
nullum malum pati volumus. ò discipulos à
suo magistro bis per omnia diuersos!
- Roma. 2.** Alterum expende. Christus magister, non cupit
auditores verbi: sed factores. Si igitur ego ver-
bum audio, nec facio: me eius discipulum non
esse profiteor. Imō verò, quòd peius est: si quòd
doctus sum non facio: cōmōstro aut falso m̄ esse
quod doceor, aut certè indignum quòd sequar.
In iniuriam summam, sūmi Magistrus, qui Magi-
sterij sui gradum à summo Patre tunc accepit,
cum audivit: Hic est filius meus, in ipso com-
placui: Ipsum audite.
- Math. 17.** Non est seruus maior Domino suo. Hoc est se-
cundum argumentum. Vbi pri-
mum aduerte: naturā serui eam esse, vt laboret,
vt patiatur, vt scruiat. Contra Domini natura
est, quiescere, sedere, & ministrari. En tibi Chri-
stus, Dominus. Est enim primogenitus, & heres
vniuersorum. Hic fuit in laboribus à iuuentu-
te sua: fuit enim tentatus per omnia: vt potens
esset, tēratis cuiusq; sortis auxiliari. Quid ergo?
Dominus natus recumbere, & ministrari, nun-
quam non laborat: seruus verò natus ad mini-
strandum, nunquam vult de labore gustare. Se-
cundo. Si homo natus est ad loborem, vt auis
ad volatum cur labore refugit, ad quem natus
est: certè. Lubenter natant pisces, aues volant:
quia in id natę sunt. Solus homo in labore natu-
rus: laborem recusat. Tertio Dominus non in-
trat in gloriam suam: nisi passus, & seruus vult
gloriam ociosus: Quarto, Dominus iam admo-
vit aratro manū: an non impudentissimi ser-
ui est, ad mensam accumbere: suo Domino
terrā sulcis aperiente?
- Si patrem** familias dixerunt beelzebub. Vide
dat: minor est necessitudo discipuli ad magi-
strum: maior est serui ad Dominū suū: multo
verò maior domesticorum ad Patrem familiās.
Si ergo quia discipuli, nos laborare oportet:
multo magis quia serui: multo verò maximē
quia domestici. Secundo. Cum sub nomine do-
mesticorum, siue familiarium numerentur, ser-
ui, filij, & vxor: diuinē Dominus suos vocauit

domesticos. Ut intelligerent, se vno nomine: hu-
ius Dei esse seruos, filios, & sponsas. Tertia. Nul-
la maior iniuria contra Christum dici potuit: **Ioan. 3.**
quād dicere dæmonum habes: dæmonium ve-
rō non quodcūq;: sed dæmoniorum principem.
Quasi dicerent, omnis mali, onisq; peccati prin-
cep̄es. Quare & infinitē distas a Deo, qui om-
nis boni rex est. Quarto, intellige domesticos
Christi non solum esse vnum, cū Christo, vulga-
ri quadam vniōne: sicut sunt reliqui domestici
hominum. Sed sunt vnum cum Christo, vt filij
cum Patre: vt vxor cum viro: vt membra cum **Roma. 12.**
corpo: vt corpus cum capite: vt corpus cum
anima. Imō & maior adhuc vniō est: hæc enim **Ephes. 2.**
omnia separari possunt, eorūq; vinculum dissol-
uit tandem. At inquit Dominus: oro Pater, vt **Ioan. 18.**
vnum sint, sicut & nos vnum sumus. Vt s. sicut
discedere mutuo nō possum⁹: ita nec ipsi à nobis
discedant. Ex hac explicazione, habes efficaciā
tertiij argumenti: quę talis est. Si nos adeo vnu-
sumus: quī fieri potest, vt ego patiar vobis non
patientibus: & vobis illęsis, totas ego iniurias
solus feram? Quinto igitur nota. Si Pater fami-
liās omnia potēs, hostes suos vicit, ferendo: si ip-
se omnia sapiēs: ita sapuit, vt victus vinceret: si
ipse omni modo bonus, eo bonus visus est: quia
passus fuit: fit vt nos nullam aliam potentiam,
sapientiam, aut bonitatem habere debeamus, ni-
si si à laboribus vici, labores vincamus. Demū
sexto nota. Cum Episcopus vicem gerat Chri-
sti quād erit absurdum, si minus sanctus sit, quād
discipuli sui: monstrum est, quòd discipulus sit
maior magistro: quis pastore melior seruus Do-
mino: melior demum domesticus suo patre fa-
miliās. ò mores nostros! At verò licet quis suo
se pastore maiorem agnoscat: nolit tamen eo ma-
ior apparere. culpa illius fuit, cum minor esset,
maiorem fieri voluisse: culpa etiam quis fuerit,
si cum ex officio minor sit, maior videri velit.
Hinc enim nostrorum temporum hereses ortas
sunt. Cum tamen dixerit Dominus: super cathe-
drām Moysi federunt principes: quę dixerint
vobis facite: secundūm verò opera eorum no-
lite facere. **Mark. 10.**

Nihil occultum quod non reueletur. Hoc (*iux-
ta Marcum*) hunc habet contextum:
nunquid venit lucerna, vt sub modio ponatur:
& non super candelabrum? nihil occultū quod
non reueletur. Que verba hūc habent sensum.
Ego vos accendi, qui sum lux: feci: vt essetis lu-
minaria. Luminare verò duplex periculū habet,
& à se: siquidē illuminādo consumitur: & ab alijs.
Tum à vētis ipsum exagitātibus, tū à malis ho-
minibus: qui lucē extinguere cupiūt, ne sua ma-
la publicentur. Tum etiam à luminaris domi-
no: qui lucernam purgat, vt magis luceat. Imō
periculum habet ab infirmis oculis: si vehe-
mētior lux sit: quād debiles oculi vix ferrē queūt.
Si igitur à me facti estis Soles, & vera mūdi lu-
mina, veraque luminaria, verbum v̄tē continē-
tia: cia

philip.2. *tia: eis, quod à me secretō audistis, publicē prædicate. Si queras, quæ sunt illa secreta? Audeo dicere, ex Leone papai in primo de Ascensione Domini sermone, in illis quadraginta diebus quibus Dominus post Resurrectionem cum Apostolis conuersatus est: multa ab eo, illis fuisse reuelata mysteria. Credo enim Trinitatis mysteria, incarnationis, gratiæ, Sacramentorum, & Angelorum in hisce diebus, Apostolis fuisse reserata. Dicitur enim in principio Actuum Apostolicorum: Per dies quadraginta apparetis eis, & loquens de regno Dei. Quo verbo omnia Regni Dei mysteria, illis fuisse monstrata non obscurè conuincit. Hæc igitur velut in aure, & tenebris auditæ: Dominus publicē prædicare mandauit. Scio nondū eo tempore hæc fuisse illis auditæ, sed Hebrei facile præsens accipiunt pro futuro. ¶ Quid verò significet: prædicare super tecta: non est explicatur facile. Primum significat Euangelicam prædicationem esse super tecta, id est, super omnia humana, quæ tectis tegis solent. Secundò significat Euangelicum præconem super omnia humana iam esse prouectum. Alioqui non quadrabit prædicanti prædicatio. Tertiò significat iam veritatem Euangelijs esse apertam & claram, velut est super tecta res exposita. Nec enim Cherubini*

Exod.26. *(qui scientiam significant,) in nostra lege, latent sub velo templi: sicut in antiqua lege latabant. sed sunt in aperto, & super tectis. Quartò prædicatio super tecta, videtur Angelos invitare: ut audiāt, vt innoteat principatibus & potestatibus,*

Ad Ephe.3 *in cœlestib⁹, p Ecclesiā multiformis sapiētia Dei. Quintò videtur prædicatio sup tecta veile: corā Deo teste fieri. Quod nō tacuit Apostol⁹, cū dicit: Non sumus sicut plurimi adulterantes verbū Dei: sed ex sinceritate: sicut ex Deo, coram Deo, in Christo loquimur. Sextò notat concursum & frequentiā tantam auditorum: vt eis nisi super tecta: non licet prædicare. ¶ Sed quā est elegās, quod in auro audis prædicare super tecta? Quasi diceret. Si vultis auditorum magnam copiam: id quod in secreto orationis auditis, prædicare. Id enim auditores allicit & perficit, quod in orationis silentio prædicator à Deo recipit.*

E Cor.2. *¶ Nam verò sicut Christus aperuit aurē: & ea quæ audiuit prædieauit, retrorsum non abiēs, nec genas suas à vellentibus auertens: ita & prædicator, qui aure susurrat Dei p̄cipit, retrorsum nō abeat: sed exhibeat se, vellentibus, & percutientibus. Enim uero, qui supertectum prædicat: facilis est ad ruinam, & ad mortem. Ergo morti se prædicator exponat propter Euangelium: id enim designat prædicare super tecta.*

Mal.5.0. *Nolite timere eos qui occidunt corpus. Hoc est argumentum quintum. Cuius valor est. Prædicate: alioqui incidentis in gehénā. Multa sunt hic expendenda. Nolite timere eos, qui occidunt corpus. Imo verò quia occidunt: ideo non sunt timendi. Si enim in tormentis detinente possent, non occidēdo: timendi essent. at quā-*

Job.4. *magis torquent, breuius è tormentis absoluunt. Nolite timere: quia causa vobis sunt: vt offeratis Deo, id quod maximum habetis. grandis Abraham qui offerebat filium. quantus est qui offert seipsum? Nolite timere: quia spōsam spōso iungunt. Regi regnum possidere faciunt. Sufficientem applicant ad fontes aquarum miseriū à miseriis cripiant. lachrymas ab oculis siccant. Nolite timere occidente vnicō ietu semel. siquidē qui quis se debet occidere, & mortificare semp. ¶ Animam nequeunt occidere: neque Deus ipse animam occidere potest. potest equidem occidam coniicere in gehénā, occidere non item. Misericordia nos sumus qui manum habemus, ad cō crudelē: vt animam occidamus. Siquis ergo timendus est, tu tibi timendus es. Tu tibi es truculentissimus hostis. Si consistant aduersum te dæmonum castra, hominum copię, Angelorū exercitus, nihil tibi nocebunt: nisi tu tibi nocueris.*

¶ Eum timete. *Deus vltor timendus est. nō est igitur malū timere, vt heretici mentiūtur. Illud verò vocabulū, animam potest perdere. Græcis est repudiare, vt vir adulterā reūcit vxorē. O misera vesti reginā! quæ è regio folio deiecta in tantū decidit dedecus. O multo miseriorē animā, Deo sponsatā: quæ ex deitate, tam profundè decidit in gehénā. ¶ Nota illud, potest animā pdere: potest ille quidē: non vellet tñ, nos eū facere cogimus. ¶ Nota etiā: potest pdere, nō quæsitus. vñquā, In hac vita quæ errauerit quis queritur: in illa vbi perditur, nunquam queritur.*

Nonne *duo passeres aſſe veneunt, & unus nos cadit. Huius sexti argumenti vis est.*

Si viles passeres curæ Deo sunt: adeò, vt sine volūtate Dei, unus nō cadat: q̄to maiori curæ estis vos, quorū & capilli numerati sunt. Igitur, nemo vestrū cadet, sine Dei volūtate. ¶ Sine dubio passeres hi referēdi sunt ad sacrificiū leprosi, de quo Leui. 14. & sensus est. ex duob⁹ passerculis q̄ Deo offerebātur, is q̄ immolabatur, non cadebat sine Dei volūtate. Voluit n. Deus passerū genus hoc beneficio afficere, & honore coronare: vt ex eis aliquis Deo sacrificaretur. Igitur si vos Deo sacri estis, planè & capilli sacri etiā erūt. nullus ergo capillorū cadet in terrā, nisi Deo volēte, vt inde sibi sacrificiū fiat, qui est vester maximus honor. Si scilicet alicui vestrū propter Christum capilli aut de capite, aut de barba auellantur.

¶ Secundò falluntur sine dubio: Qui dicunt, legem non fuisse de bobus, & de passeribus ad literam, reuera lata fuit lex, quæ ad literam, bobus trituratibus p̄uidebat. & quæ ad literā, de passeris sacrificando præcipiteret. Verū præcipue p̄uidit bobus in significationē Apostolorū nec n. illos curasset, nisi horum gratia ita nec de passeribus fuisset cura, nisi in significationem, quod corpus Christi, & martyrum suorum, Deo sacrificabatur: ex eius voluntate. (quia præiosa in Psal. 125. conceptu Domini, mors sanctorum eius,) sacrificare corpore, velut uno passere: alter, id

m v est,

to magis torquent, breuius è tormentis absoluunt. Nolite timere: quia causa vobis sunt: vt offeratis Deo, id quod maximum habetis. grandis Abraham qui offerebat filium. quantus est qui offert seipsum? Nolite timere: quia spōsam spōso iungunt. Regi regnum possidere faciunt. Sufficientem applicant ad fontes aquarum miseriū à miseriis cripiant. lachrymas ab oculis siccant. Nolite timere occidente vnicō ietu semel. siquidē qui quis se debet occidere, & mortificare semp. ¶ Animam nequeunt occidere: neque Deus ipse animam occidere potest. potest equidem occidam coniicere in gehénā, occidere non item. Misericordia nos sumus qui manum habemus, ad cō crudelē: vt animam occidamus. Siquis ergo timendus est, tu tibi timendus es. Tu tibi es truculentissimus hostis. Si consistant aduersum te dæmonum castra, hominum copię, Angelorū exercitus, nihil tibi nocebunt: nisi tu tibi nocueris. ¶ Eum timete. Deus vltor timendus est. nō est igitur malū timere, vt heretici mentiūtur. Illud verò vocabulū, animam potest perdere. Græcis est repudiare, vt vir adulterā reūcit vxorē. O misera vesti reginā! quæ è regio folio deiecta in tantū decidit dedecus. O multo miseriorē animā, Deo sponsatā: quæ ex deitate, tam profundè decidit in gehénā. ¶ Nota illud, potest animā pdere: potest ille quidē: non vellet tñ, nos eū facere cogimus. ¶ Nota etiā: potest pdere, nō quæsitus. vñquā, In hac vita quæ errauerit quis queritur: in illa vbi perditur, nunquam queritur.

Nonne *duo passeres aſſe veneunt, & unus nos cadit. Huius sexti argumenti vis est.*

Si viles passeres curæ Deo sunt: adeò, vt sine volūtate Dei, unus nō cadat: q̄to maiori curæ estis vos, quorū & capilli numerati sunt. Igitur, nemo vestrū cadet, sine Dei volūtate. ¶ Sine dubio passeres hi referēdi sunt ad sacrificiū leprosi, de quo Leui. 14. & sensus est. ex duob⁹ passerculis q̄ Deo offerebātur, is q̄ immolabatur, non cadebat sine Dei volūtate. Voluit n. Deus passerū genus hoc beneficio afficere, & honore coronare: vt ex eis aliquis Deo sacrificaretur. Igitur si vos Deo sacri estis, planè & capilli sacri etiā erūt. nullus ergo capillorū cadet in terrā, nisi Deo volēte, vt inde sibi sacrificiū fiat, qui est vester maximus honor. Si scilicet alicui vestrū propter Christum capilli aut de capite, aut de barba auellantur.

¶ Secundò falluntur sine dubio: Qui dicunt, legem non fuisse de bobus, & de passeribus ad literam, reuera lata fuit lex, quæ ad literam, bobus trituratibus p̄uidebat. & quæ ad literā, de passeris sacrificando præcipiteret. Verū præcipue p̄uidit bobus in significationē Apostolorū nec n. illos curasset, nisi horum gratia ita nec de passeribus fuisset cura, nisi in significationem, quod corpus Christi, & martyrum suorum, Deo sacrificabatur: ex eius voluntate. (quia præiosa in Psal. 125. conceptu Domini, mors sanctorum eius,) sacrificare corpore, velut uno passere: alter, id

m v est,

- L.Cori. 9.** est, anima libera volabat in cœlum. Nō ergo erat præcipua cura Deo, de corporalibus, sed de spirituibus bobus & passeribus.
- psal. 146.** ¶ Tertio, reuera omnes nostri capilli numerati Deo sunt: Sicut etiam numerat multitudinem stellarum. Et sicut re vera arenarum numerus ei notus est. Ergo numeratio capillorum, ostendit eam maternam curam, quam suorum pignorum amantes matres illis ostendunt: cum eorum capita pexunt, discriminant, & velut pilos dinumerant. Solemus etiam quæ pretij maximi sunt, habere numerata, vigilia verò non item. Iam si capilli significant cogitationes, omnes Deo numeratae sunt: reddēda enim nobis est de eis, & de verbis ratio. Quod si speciatim capilli, bonas significant cogitationes: non mirabor, si, eas habet Deus numeratas, rarae enim illæ sunt.
- Judic. 16.** ¶ Quartò memento, Nazareorum crines fuisse numeratos certè Samsoni septem crines erant, in quibus erat fortis: udo eius. Sed periculum eis erat à Dalila, à Philisteis, & à queru vbi Absalonis capilli intricati sunt. Est ergo periculum cogitationibus sanctis à concupiscentia carnis, oculorum, & superbia vitæ.
- Math. 12.** **Omnis** qui confitebitur me. Argumentum ultimum, à præmio & poena. Vbi pri-
mum nota. **Confitebor ego. Non nisi** magnum est, quod Christus magnus: nec tamen adulator, coram Patre magno laudaturus est. Animemur ergo egregia opera facere, quæ à Christo sint digna laudari. ¶ **Sed Domine** nos confitemur te regem, principem, & Deum: num & tu fateberis nos, reges & Deos? Ita planè fatebitur, & faciet nos reges. An non dicit, quod seruum suum super omnia constitueret? Atqui super omnia constitutus quid nisi rex, & quidam Deus est? An non Paulus dicit. Quod consedebimus ad dexteram Dei in cœlestibus in Christo? Qui ita sedent, an non reges sunt?
- Fsal. 148.** ¶ **Negabo egocum.** Dicere dei: facere est. ipse enim dixit & facta sunt. negare ergo Dei, est in nihilum redigere. sicut dicere, est dare esse rei quæ esse non habet: ita negare est, tollere esse ab eo qui esse suscepit. Dices num damnati redigentur in nihilum? Minime. Id fœlicitatis loco illis esset melius enim erat si natus non fuisset homo ille. Sed vide, negare est duplex, aliud negare simpliciter: aliud negare coram Patre. Si Christus damnatos negaret simpliciter, in nihilum redigerentur. Portò negare coram Patre, & Angelis: est negare in illis bonis æternis, quæ Pater & Angeli possident. Cùm ergo negat Christus coram Patre, negat eis omnia bona spūalia Patris, vt nullum vñquā illorum bonorum ad eos perveniat, sed ad omnia illa bona & gaudia nihil sint omnino. ¶ Ut ergo confiteri coram Patre, est euehere in dignitatem, quam comprehendere solus Pater potest ita negare coram Patre est deiicere, in eam miseriā: quam comprehendere solus Deus potest.

Nolite arbitrari quod pacem.

Primum quod se dicendum offert, in illis verbis Domini: non ueni mittere pacem, sed gladium: & (iuxta Lucam,) separationem, hoc est. Cùm gladius sit duplex: spiritualis, & temporalis: & Dominus non se, ad gladium adstrinxit spiritualem: necessariò fit: vt de vitroque gladio verificetur: scilicet, quod Christus gladium & spiritualem verbi, & corporalem ferti, in orbem miserit. Ego igitur planè credo: posse Ecclesiā, ex hac Christi autoritate, corporali gladio face-re separationem fidelium, ab infidelibus. Video prius debere prædicari verbum Dei, quo admonentur ignorantes: & recipiantur pœnitentes: sed verbo prædicato: potest Ecclesia gladium ferreum eximere contra prædicationem impedientes. vt plenè verum sit, quod venerit mittere gladium in terram. ¶ Hic ego non dispu-to an gladiū hunc materialem habeat Papa. Scio enim id negari 23. quæst. 8. in principio. vbi assertur locus, quo iubetur Petrus gladium suum, mittere in vaginam, & negatur clarius. 23. quæst. 2. can. sanctitas vestra. Vbi dicitur: Sancta Dei Ecclesia gladium non habet, nisi spiritualem. & ibi, Can. interfectores. §. in hoc. idē videtur negari. At in Can. vnā sanctā de maiestate. Bonifacius totu-
nisu contrarium docere videtur. Pro qua parte, scio Canonistas stare: gladium materialem Papæ, vendicantes. licet non eius usum. Verum qđ attinet huic negocio nostro, ex Euangelio inferatur: Christum gladium corporalem dedisse uas Ecclesiz: quo vel perse, vel potestatis ciuilis ministerio, coercent Euangelio repugnantes: & fidèles separant ab infidelibus. ¶ Secundò offert se illud. Si Episcopi, & Ecclesiarum rectores gladiū spiritus non mittunt in Ecclesias suas, ve illis est. Christus enim non venit mittere pacem. quare nec eius vicarij pacem, mittere debent. Exerant igitur gladium suæ potestatis contra nocentes, Ezech. 36: cùm quibus si seruant pacem, ve pastoribus. ¶ Tertiò, similiter Prædictor, si non turbat popu-lum, si non turbat domos, si deniq; nō turbat ho-mines, vana est prædicatio eius. non enim mittit gladium, & separationem. Signum enim Euange-
lici gladij est: si diuidit, & separat animam à spiri-tu, hominem à domesticis suis. ¶ Quartò, scito totius Euangelij hanc esse summam. Non pax: sed gladius, vt sit postea pax. Eras prius ma-lus homo: salustua est, si efficiaris noua crea-tura: mundo superior: Deo adhærens: & ita à to-to seculo diuisus. Ecce, non pax cum seculo. is. n. est tibi hostis. gladium habeto, contra eum exer-tum. hac ratione venit tibi pax spiritualis: caro re-pugnat spiritui. sequere spūm separante à carne. Gal. 5: ¶ dol

Veni enim separare hominem aduersum patrem suum. Res omni animaduersione digna. Cur dicit veni separare filium, filiam, nurum: non verò dicit, Veni separare patrem, matrem, socrum. Ego ita arbitror: facilius recipere Eu-an-gelium

gelium iuniores: quām ēt te prouectos. Iuuenes enim minus commaculati sunt: minusq; seculo assueuerunt. senes v̄ero duri effecti, & velut callo obducti, minus aperiunt cordis sui valvas, (quæ antiqua ferrugine, vix dimouentur,) vt Deus in eos ingrediatur. Quare non immerito dicitur: Iuuenes, & viginis, senes cum iunioribus laudent psal. 148. nomen Domini: vbi bisi iuuenes, sed semel senes nomen Domini laudant.

¶ Secundò video efficaciam Euangeli: Non n. mirabile erat si Pater contra filium insurgeret: maior videlicet contra minorem. At quod filius, & maximè filia, contra matrē insurgant, ab eisq; separantur: id nō nisi summæ afficaciæ est. & qd' nūrus separetur à Socrū: ac perinde separetur ab eius filio, sponsoq; suo, an non id efficiæ maximæ est? ¶ Tertio intelligis in negocio Euāglico, filium & filiam à parentibus nō pendere. Videlicet, (quod Theologimutare statum dicunt,) poterit filius repugnare Patre eum derelinquere: vt Euangelicæ perfectioni mancipare se possit maximè vbi annum decimumquartum vii pertingerit, fœmina v̄ero duodecim u. ¶ Quarò iucundū est videre cur dicat Dominus: qui amat patrem, aut matrem: plus me, nō est me dignus. & Lucas id exponens dicit: qui non odi patrem, & matrē. Cur tu domine qui charitas es, odium p̄cipis? Certe quia sicut Deus simul est amor, & odium: amor rerum bonarum, id: m odium malarum: ita vult quenq; nostrū, si u. habere amorem eorum, quæ in proximis, aut in nobis bona sunt. odium v̄erdeorum, quæ in proximis, aut in nobis mala fuerint. Vult ergo esse in nobis oculos quosdam: qui videant non uala sed qd' est in ualis. Si in uasis (quantumvis inimicis nostris,) est pietas, eam amemus. Contra si in uasis (quantumvis amicis & cognatis) sit malicio, eā detestemur. Si igitur in parente, aut in te, malicia est eam odi.

Et qui non accipit crucem suam. & sequitur me non est me dignus. Primum aduerte si imponitur tibi crux, teras: si non in ponitur, accipias. si enim non fers crucem, non es Christo dignus. Iam res grauissima offertur discutienda, quid sit ferre crucem: Christe Domine: cur facere p̄cepisti, quod tu ipse non p̄stitisti? Num tu quotidie tulisti crucem? Evidem: eam semel accepisti, & ferre nequististi. Nam Cireneus ille tuam tulit crucem. Grauis ea questio est, in primis. Ad quam facile forsitan responderi posset. Præceptum esse, quotidie ferre crucem: id est quotidie animo esse paratum cruci affigi: si ita Christi gloria exigeret. Siquidem multa præcepta Christiana, ad hanc solam obligant animi preparacionem. Ut est præceptum de pascendo, & fouendo inimico, & alia. ¶ Porro secunda responsio sit. Hic accipitur Crux pro Crucis mortificatōne. Hæc explicatio est Apostoli dicentis. Sen p̄ mortificationem I E S V Christi, in corpore nostro circumferentes: vt vita I E S V manifestetur in corporibus nostris. quasi dicat: quotidie

crucem accipientes: in qua cum Christo morimur, sperantes cum ipso resurgere. Ergo is fert crucem quotidie: qui se quotidie mortificat. suas affectiones & voluntates negat. se ab hac vita terrena se iungit &c. ¶ Tertia responsio est: Qui propter eīmen ducuntur ad suspēndū, (si sapiunt,) nihil aliud curant: quām animam suam. utpote qui breui exactam Deo dabunt vitæ rationem, diuitias, honores, delicias nec cogitant quidem. Vult ergo Christus nos horum, qui ad crucem feruētur statum imitari. vt toti de animæ nostræ remedio solliciti, nihil te rena curemus. Ut qui citò & exactè rationem vitæ nostræ simus daturi. ¶ Quarta responsio: Christus, velut facinorosus, (cum non talis esset) cruci propter peccata aliena suffixus est. vult ergo, vt qui vis nostrum crucē suam accipiat: cui se propter sua peccata configat. nemo est qui non quotidie peccet: nemo ergo sit qui non se quotidie puniat. Dum v̄ero se punit, Christi se cruci configit.

¶ Sed quid moror, quinta responsio sit, te ipsum auocare à seculo te ipsum à seculo separare, id est crucem accipere, in qua mundus tibi crucifixus sit, & tu ipse mundo. Certè si Christi membrum es, crux Christi crux tua est. Accipe ergo crucem Christi. cogita te cum Christo esse cruci suffixum. pudebit te totius mundi, credes nihil te habere cum mundo. Habes hanc explicationem ex Paulo dicente: I E S V S, vt sanctifica Galat. 6. ret populum per suum sanguinem, extra portam passus est. exeamus igitur nos cū eo, extra castra, id est, extra ciuitatem, eius improprium portantes. quasi dicat: exeamus nos cū eo, crucem cum eo portantes: in qua crucifigantur. &c. et. ¶ Secundò aduerte qui non fert crucem & crucifigatur, non est me dignus. Qui fert Crucem & in eum crucifigatur erit me dignus. Facebat ergo Lutherus, qui non censem nos Christo dignos. quique nost a opera non digna esse iudicabat. Dignus fane Christo, & eius gloria est, qui cum eo patitur: vt cōglorificetur. ¶ Sed tertio aduerte, fieri posse vt quis accipiat Crucem, nectamen dignus sit Christo. Quis ille queris? Certe qui accipit Crucem, sed non sequitur Christum, non ambulans sicut ille ambulauit ignem non habens in corde, quo suum sacrificium tremet. sine igne siquidē non fit sacrificium. Nam neque Abraham filium Genes. 22. sine igne sacrificat Audi Paulum: Si tradidero corpus meum, ita ut ardeam (en tibi Crux accepta) & charitatem non habeam (en tibi ignis detectus) nihil sum: quia non sequatus sum Christū, in cuius pectore, tatus ignis ardebat amoris. ¶ Atqui Domine quis ego sum, qui te sequi possum. Cini ego & puluis, ad malum pronus ab adolescentia. in o & verè malus sicut tu ipse dixisti. Praeū habes cor p̄ omnibꝫ. quon oīo sequante cuius uice, exaltantur à viis nostris, sicut cœlū a terra. Et uis me sequit ad crucem, & non nisi cū amoris flamma. Plane non inuitat ut ad hęc ex viribus nostris. Ipse qui præcepit: præcedit: & iubens

Hebræ. 13.

Rom. 8.

Rom. 8.

Iohannes 2.

Genes. 22.

1. Cori. 13

Gens. 18.

Genes. 8.

Lucc. 44.

Liaje. 55.

Exodi. 13

Iubens

iubens & fauens, & fouens. ¶ Hæc tua Domine lex est: qui crucem non vult, perdit animam, quā seruare volebat. At hominum mores nihil aliud curant, q̄ animam seruare: crucem repellere. tot sunt apotecæ vini generosi. tot delicata coniuia. tot vestes pretioæ. tot deliciarum inventa. num hæc crucem sapiunt? Ve vobis qui nunc ridetis, quia flebitis. Ve diuitibus, quia habetis consolationem vestram. Ve his, qui ducunt in bonis dies suos. Ve his, qui in labore hominum non sunt. Ve iis, quibus non est ruina maceria: neque transitus, aut clamor in plateis eorum. Ve iis, qui nunc rosas coronantur: & non est pratum quod luxuria eorum non pertranseat. Sanè inuenient animam suam nunc: sed in fine perdent eam.

Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ. Video controvërsum maioribus nostris: an recipiens Prophetam eo nomine, parem cum illo mercédem recipiet? Sed res est aperta. Merita ex charitate suum pondus habent. Si maiore charitate recipit, quā predicit Prophetæ: maiorem quā Prophetæ mercédem recipiet. Si minore, minorem. Modo ne credas unicam receptionem valere: ut multas prædicationes. Sed si quantum temporis unus recepit, alter predicauit.

Iuce. 6.
Eodem.
Iob. 21.

Psalm. 143
Sapien. 5.

CAPVT. XI.

Et factum est, cum consumas.



OANNES IN VINCULIS, Synagogam significat: sub rege tyranno & extraneo, velut vincitā, & captiuā. Videns porrò Synagogam vaticinium Iacob, non fore auferendum sceptrum de Iuda: donec veniret Messias: & videns eo tempore, iam illud sceptrum sublatum: intelligens propterea suum iam venisse Messiam: primum per Pharisæos interrogavit Ioannem, an esset ipse Messias. nunc verò per Ioannem spiritu Dei actum, Christum an sit ipse, requirit. Mittit verò duos ex discipulis: ut in ore duorum, vel trium stet omne verū.

¶ Audi nunc lector: Existimo, nullam unquam fuisse in orbe questionem, maioris quam ista momenti. Expende cuncta. Qui interrogant, vicem habent omnium fidelium, præsertim Iudeorum, sub Herode tyranno vincitorum. Qui interrogatur Deus est. quod verò interrogatur summum negocium est: scilicet an is esset Deus qui videbatur homo? Finis verò interrogationis est: an per Christum sint eo tempore à rege tyranno erudi vi & Messiam fidelitas recipiat, ab eoque rursum ipsa recipiatur. An non summa res

Genes. 49.

Math. 18.

hæc erat? Sanè super qua totius orbis salus, verò in cardine versabatur. ¶ Ne verò existimes rem hanc minorem fuisse, quam depinximus, scito: iuxta Mathæum, Marcum, & Lucam huic interrogationi inter fuisse magnas Iudeorum turbas. Ergo constitue magnum hominum theatum: ibi Deum colloca: latentem tamē, & absconditum fac te videre integrum populum à Christo perquarentem, an esset ipse mundi Seruator, tantopere mundo desideratus? Ut si esset, in Messiam, & in regem susciperetur. Iam videbis quanta hæc quæstio fuerit. ¶ Huic tantæ quæstioni Dominus, ut sapiens, respondit: non verbis aperitis: sed (ut ego existimo,) primum coram frequenti concione sermonem habuit, de regno Dei: qđ Lue. 7. iam pateret miseris, & inopibus: mox multis miraculis æditis respondit: Ite renunciate Ioanni, hunc quem audistis de regno Dei, deque Evangelio pauperum sermonem (fuerat enim sermo verbo vitæ dignus) tum etiam renunciate miracula, quæ vidistis (fuerant enim quæ non nisi à Deo effici poterant,) tum demum verba Prophetæ ei referte. quod scilicet cœci vident. &c. Ut planè habeatis firmorem propheticum sermonem. Hæc Messiam, me esse loquuntur. ¶ Ne verò graueris lector audire testimonia quæ tacite Dominus implicat Habetis (inquit Dominus) apud Isaiam: Dedi te in fœdus populi & in lucem gentium: ut aperias oculos cœcorum. En ego aperio oculos cœcorum. Ego igitur sum. Rursum Isaias: Deus ipse veniet, & saluabit vos tum aperiétur oculi cœcorum, aures surdorum patebunt, saliet sicut cœrus claudus, & aperta erit lingua mutru. En videtis à me hæc oia fieri. Igitur ego sum. Rursum Isaias. In illa die, audient surdi verba libri: addent, mittes in Domino letitiam: & pauperes homines in Sancto Israël exultabunt. En videtis, mittes & pauperes Euangelizari, & ideo in Domino exultare. Rursum Isaias: Dñe, in angustia requisierunt te, viuent mortuiti. & interfici tui resurgent. En tempore hoc per me mortui surgunt. Rursum Isaias: Spiritus Domini super me: ad annunciatum pauperibus misit me. En, quid alud enim ego annuncio, quā beatos esse pauperes spiritu. Rursum Isaias: Ecce ego mittā in Sion lapidem probatum, angularē pretiosum qui crediderit non festinet, ne scilicet offendat. Beatus ergo qui non fuerit scandalizatus in me. Hic enim lapis reprobatur ab ædificantibus. At iuxta Danielem lapis si percutserit statuam, eam Danie. 3. comminuet. Beatus ergo qui in lapide nō offendit. Sanè quia lapis est, in terra iacet. Et ideo contemnitur. Sed quia est lapis de cœlo missus, beatus qui in eum nō offenderit. ¶ Habes lector Christi responsum. Quod verò Iohannes, ex vinculis, nihil his addiderit: significauit, Synagogā voluisse potius, sub alieni regis captiuitate mori: quā suū regē recipere. Et quantū ego sentio, qđ Iohannes velut dubi⁹ Christū interrogat: significat Synagogā semper de Christi veritate dubitabundā, voluisse

Isai. 43. 49.

Isai. 35.

Isai. 29.

Isai. 26.

Isai. 29.

Isai. 62.

Isai. 62.

voluisseque magis extraneis vinculis vinciri, quām sui principis libertate gaudere. Hæc sunt quæ de Synagoga in Ioannis persona mihi dicenda, occurserunt.

Secundò contendere libet, Euangeliū hoc de ipso Ioanne verificare. Reuocandum ergo in memoriam est: id quod Lucas de Christo habet: proficiebat inquit Sapientia, apud Deum, & homines. Quod Paulus etiam testatur, dicens. didicit (cum esset filius Dei,) ex his, quæ passus est, obedientiam. Vnde colligunt Theologi. Christum scientia diuina, & beata, & infusa, omnia sciuisse. ignorasse tamen scientiā experimentali. Decebat enim intellectum eius non frustra esse: sed in humana scientia proficere. Eādem igitur ratione, Ioannes agnouit Christum scientia infusa, per reuelationem, sed hoc ipsum experimento nesciebat. Ac si ego ex aliorum verissima narratione, aliquem scire sum cum esse magistrum: vbi tamen eum viderem, rogarem, tu ne es ille magister illustris? Idque ego dicerem, exoptans videre insignem quam piam eius doctrinam. Et propterea Christus ad animum Ioannis, quo eius opera videre cupiebat, operibus respondit. Igitur in summa, vt arbitror esse errorem, dicere Ioannem de Messia dubitasse: ita arbitror esse verum, illum Christi opera, experimento discere voluisse.

Tertio vehementer placet rem hanc ad mores traducere. Ioannes significat gratiam. Cūm igitur Ioannes est in vinculis, dubitate videtur. Quām verò multi pij in gratia existentes: dum sine vinculis sunt tribulationum: Christum ardēt, prēdicant, & exaltant. at cum in tribulationibus sunt, nutare videntur! Dauid in abundantia sua dicebat: nō mouebor amplius. dedisti Domine decori meo virtutem. At, vbi in vincula tribulationis coniectus est: inquit. Auertisti faciem tuam à me, & factus sum confundatus. Dauid ipse dicit: Populum Dei tribulationibus vincitum conuerti, & dies plenos in eis inueniri: dicentes, si est Deus in cœlo aut si est scientia in excelsis. Et rursum: Mei autem pedes moti sunt: penè effusi sunt gressus mei: pacem peccatorum videns. Igitur cum est gratia in vinculis, dubitare de Christo solet. Quid tunc Christus? Sufficit tibi gratia mea, nam virtus mea, in tua infirmitate perficitur. quasi dicat In tua cœcitate, lux mea monstratur. cœcos in tribulatione, ego soleo illuminare: & mortem illis tribuo, vt exfusitem. humiliat enim Dominus, vt subleuet. Et demum, non nisi pauperes & afflitti, lætum Euangelij nuncium, digni sunt recipere. Dicitergo Dominus ad desideria, & gemitus, & orationes Ioannis: Dicite ei ne desperet, ne dubitet. Ideo enim vincula passus sum: vt eum ab eis liberem: ideo cœcum feci, vt illustrarem: claudum vt sanarem. &cæt. Et beatus est qui in tribulatione non offenditur, nec turbat. si enim se subtraxerit, non placebit anima mea.

Luce. 2.

Hebræ. 5.

Psalm. 29.

Eodem.

Psalm. 72.

Eodem.

2. Cori. 12.

2. Regi. 2.

Hebræ. 10.

Quarto aliam explicationem audi: iuxta doctiores, Ioannes, donum significat. Porro inter dona, primum, & omnium aliorum radix donorum, est fides. Hanc multi Christiani, in vincula peccatorum coniiciunt: Veritatem Dei in iniustitia detinentes. Fides ergo inter vincula peccatorum, facile dubitat. imo facile negat. Paulus est hujus rei testis. Cupiditas inquit, est radix omnium malorum: quam quidam appetentes, errauerunt à fide: Profectò non est tuta fides, inter vitiorum catenas. Dubitans verò, incipit cogitare: num vera sint quæ credimus. His cogitationibus respondet Dominus: dicite fidei: sat esse ad fidei confirmationem; tot cœcorum illuminationem, mortuorum vitam. &cæt. O verò beatum qui non offendit in me. Qui enim fieri potest: vt superbus non offendatur in Christi humilitatem? Auatus non offendatur in Christi largitatem? Libidinosus in eius puritate? Audi rem omni notatione dignissimam. Qui propriam voluntatem abiecit, in Dei voluntatem non offendit: Qui verò propriam seruat voluntatem, in diuinam offendat necesse est. non enim nostra voluntas diuinæ conformatur: Sensus enim & cogitatio hominis ad malum prona sunt. at malum necesse est, scandalum accipiat ex bono.

Expende nunc verba discipulorum Ioannis. quæ ego non aliter accipio, quām à Spiritu sancto dictata. **Tu es**, inquit, qui venturus, an alium expectamus? Primum. illud **Expectamus**. docet Christum esse desideratum, & expectatum cunctis: non solum piis, sed & impiis: & omnibus creaturis. Cūm enim omnia bonum appetant: necesse est appetant Christum: qui bonum omnium est. Sanè homines cupiunt suam felicitatem, quæ est Christus. & omnia reliqua, cum seruant homini, cupiunt per hominem beatificari. omnis enim creatura ingemiscit, & parturit, adoptionem filiorum expectans. Vide: et cupiunt serui, in sui Domini beatitudine exhilarari Secundò illud. **Qui venturus es**. Vbi duo aduertere. **primi ex** Fœlice Papa. Verbum venturus, est nota deitatis, vt supra mihi dictum est in illo verbo Ego veniam & curabo eum. Hoc enim verbum, veniam, respondet desideriis Prophetarum, dicentibus: veniam disrumperes cœlos, & descenderes. & propagationibus eorum dicentium: veniet & non tardabit. Rursum nota: hoc verbum, venturus, respondere illi promissioni, non auferetur scriptum de Iuda, donec veniat qui mittendus est: ille mittendus, est idem, qui venturus est. Nec enim merito, Græcis ponitur articulus emphaticos, cum dicitur: Tu ne es ille qui venturus es? Hoc demum aduertere: Sicut signum veri Messis, hec fuit cœcos illuminari, mortuos surgere. &c. Ita signum veri prædicatoris, qui Christi loco prædicat hoc esse, si qui prius cœci erant nunc videt. Si prius surdi ad verba Dei, nunc audiunt si mori peccata

Concilii Trident.

Roma. 2.

1. Timo. 6.

Genes. 8.

Aggei. 2.

Roma 8.

Math. 8.

Isaiæ. 64.

Cens. 49.

Abacuc 2.

tui peccatis, iam viuunt, si deniq; vita pauperū, si vita crucis Euangelizatur. sed & scandalum esse multis inquis, veri prædicatoris signum est.

Illis autem abeuntibus.

Videri cuiquam posset Ioannes, iniuriam irrogasse Christo: nunc interrogans an ipse esset: cum tā celebri testimonio, ipsum esse, prius fuisse confessus. Hanc iniuriam Christus deuorat, nō malum malo reddens: sed bonum potius, pro eo quod malum videbatur. Effundit ergo se Dominus, in laudes Ioannis. vt enim quem sanat perfectè sanat: sunt enim eius opera perfecta: ita quē laudat summè laudat. Apostolus dicit: Honore inuicem præuenientes. At Dominus non solum præuenit Ioannē in honore: sed & in benedictiōnibus dulcedinis. ponēs super eum coronā omni lapide pretioso pretiosiorē. Docemur ergo proximos nostros non parcere honorare: etiam vbi illi videri possent, nos in honorasse: tum maximè cum ex honore fratri nostri, Dei resilit honor. Iam laudes Ioannis audi.

Quid exīs in desertum videre? Huius periodi sensus est. Quorsum ὁ viri existis in desertum? Si visuri arundines vento agitari: has videre licebat in urbibus vestris. Si existis videre homines auro & gēmis nitentes, byssō & purpura vestitos, hos licebat videre in domibus regum. Quōd si animus vester fuit videre Prophetam, ego affero vobis: plusquam Prophetā est: imo maior omnibus mortaliibus hactenus natis est. ¶ Expende nunc obsecro singula: Non est Ioannes arundo vēto agitata. Planè omnes mortales, qui ex Adam nascimur, arundines sumus. Et vt vēbis Dei vtar, sumus calamus quassatus. Dic te præcor, quē nam arundo tam facile moueretur, quām Adam motus est? Adam ille arūdo prima, robustissima, & in loco amenissimo plantata. Arundinem igitur agnoscis, quōd si fortis, & integra arundo ita vēto mouetur: quid nos, nō fortes arundines, sed quassatē? Quassauit enim nos peccatum illud: quod noster primus parens, suo & nostro malo commisit. Cūm igitur omnes homines sint arundines, quas exagitat ventus: imo quas quassat quēlibet aura: si Ioānes, Christo teste, vento nō agitatur, habet ergo Ioannes grande gratiæ pondus: totas eius vacuitates plenissimè complens: vt etiam si omnes ventorum furia ipsum velint commouere, minimè possint. Advertis ne, quantus fuerit Ioannes? Quantum gratiæ habuerit? Quām non poterat cōmoueri? Quā esset omni vento superior? ¶ Secundò aduerte illud: in domibus regum sunt. Vbi ego intelligo, Ieanūm esse præpositum cunctis regibus, cunctis principib;: quātum uis auro fulgerent & gēmis. Quasi diceret Dñs: Merito regum & principum postpositis audis, existis videre Ioannē, vt potè q; est omni rege & p̄cipe videri dignior. ¶ Tertio illud: plusq; Prophetā. Siquidē Prophetā dicitur

videns: Ille verò plura in spiritualibus videt: qui maiore lumine gaudet. at Ioannes maius lumen quām alij omnes possedit: Vedit enim filium Dei, vedit Spiritum descendenter, & super Christum manentem. Vedit cœlos apertos, audiuit Patris vocem. Num hactenus accesserunt alij Prophetæ? Sanè Moses loquebatur cum Deo, vt cum amico: sed non vedit eum. faciem enim eius videre nequivit, sed tantum posteriora.

¶ Sanè alij Prophetæ testes sunt Christi ex auditu. audiebant enim aliquem Angelum in se loquentem, licet Spiritu sancto essent inspirati. Porrò Ioannes oculatō fidei testis est. Attende præcor: Ioannes assertur testis à Sanctissima Trinitate, dicente: super quem videris spiritum, ipse est. Assertur verò testis super re, omnium penitus rerum grauissima, id est, super Christi deitate. Et assertur, vt eius testimonio tota gens Iudea credat. Et assertur vt vniuersa hominum salus, ex unius hominis ore dependeat. Et tam idoneus testis visus est Deo Ioannes: vt etiam si totus mundus velit ei inruere notam, non possit. est enim omni exceptione maior. & tam sanctus, est vt nec mundus nec diabolus eius possint autoritatem labefactare. Iam audiloannem contra totum infernum, contra Romanos, contra Herodem, contra omnes Iudeos, Christum esse Messiam, & Deum testificantem.

¶ Ne verò Christus videretur, gratis quicquam asseruisse: testimonium assertionum suarum adduxit, Dei verbum per Malachiam, quo de Ioāne Pater dicit: Ecce ego mitto Angelum meum. Si Angelus, ergo maior omni carne. Si Angelus ergo semper videns faciem patris (quatenus homini fas erat in carne videre.) Angelus, inquam, non quiuis, sed ille meus. ego inquit mitto Angelum meum. Est enim Ioannes Angelus specialiter Patris, utpote in quo Patris potentia monstrata est. quē enim potentia potuisset corda patrum antiquorum, in filios obstinatissimę prauitatis conuertere? Vix sanè Christus impetravit, vt corda maiorum in filios illos, qui erant genima viperarum conuerteret. Ioannes preparat viam ante Christum, omnem vallem implens, omnem montem & collem humilians. aspera in viam planam, & praua emolliens in directa. profectò si singula hæc expendas, verè Angelum, & plusquam Angelum fateberis.

¶ Quid moror? Tantus erat Ioannes, vt Christus iuramento suo firmarit, Inter natos mulierum non surrexisse Ioanne maiorem. Et quia verbum Dei tantam habet efficaciam, vt ea quē non sunt faciat esse: ideo etiam si Ioannes omnibus maior non esset, hoc unico Christi verbo maior redditus esset. Tantus erat Ioannes vt planè creditus esset Messias: & vt Messias esset suscepimus: si se ille Messiam fingere voluisset. Et quod Christus nō impetrat à Scribis & Phariseis, vt Messias habeatur, Ioāni etiā nolēti ab eisdē offertur. Tātus erat Ioānes vt Christo necesse fuerit, asserere se esse

Roma. 12.

Deuter. 32.

Roma. 12.

Psalm 20.

Isaie. 42.

Genes. 3.

Ioānis. 2.
Math. 3.

Exodi. 33.

Actoriū. 7.
2. petri. 1.

Ioānis. 1.

Malach. 5.

Math. 18.

Luce. 10.

Isaie. 40.

Rom. 48. 3.

Or. 22. 12.

Ioan. 3.

Iesse Ioāne maiore: ne minore esse crederetur. periculum. n. erat ne orbis crederet Ioannem esse Christo aut maiorem, aut non certe minorem. ¶ Quām verò animaduersè Dominus dicit: Inter natos mulierum, non surrexit maior. Quasi dicere: Omnes mortales ceciderunt, antequam ambularent. Multi verò ex ea ruina surrexerunt: sed nullus fuit qui primo iētu ex casu maior surgeret quām Ioānes. Tanta enim fuit in surgente gratia ut Christum puer senserit. puer à virgine salutaret. puer matrem faceret Prophetam. ¶ Vbi sciolus aliquis subolfaceret: non dictum Ioāne omnibus mortalibus maiorem, sed inter omnes qui surrexerunt, neminem tempore resurrectio- nis surrexisse maiorem licet post resurrectionem fieri potuisset aliquis maior. ¶ Sed hēc subtiliora sunt quam Euangelica grauitas exposcat. Ioannes ergo inter eos qui surrexerūt summus. ¶ Ex quo loco sub aliorum censura, aperte colligo Virginem Mariam in peccatum originale non cæcidisse, patet manifestē. Ioannes est maior omnibus qui cæciderunt, & surrexerunt. At non est virgine maior: Igitur Virgo non cæcidit. Fa- teor, nescio hoc argumentum dissoluere.

Sed qui *minore est in regno cœlorum*. Afferit se Christus in regno suæ Ecclesiæ mi- norem. Sed quē nam huius causa? Primum: quia si celsitudo cœlestis, humilitate comparatur: ne- cessē est futurum in cœlo summum, esse in terra imum. Christus ergo statuit se in infimo loco: vt Pater, qui eū invitauit: ascēdere eū faciat in cel- sisimum locum: Sed secundo, rem penetremus. Is planè minor est, qui peccatum habet. is igitur minimus, qui in peccatis est maximus. Cū verò Christus omnia totus orbis in se peccata suscep- perit. posuit enim in eo Deus iniquitates omniū nostrum: necessē est, vt minimus dicatur. Non. n. aliter existimandus est Christus: quām vt quidā homo sine culpa sua, habens nostra omnia deli- cta. quā causa ipse cū dixisset, longè à salute mea verba delictorum meorum, addit: Ego autē sum vermis & non homo, opprobrium hominū. &c. Minimus ergo est, q plus omnibus debet. nemo verò debere plus voluit Christo qui quē non ra- puit, exoluere voluit. Tertio vocavit se Domi- nus minimum: quia revera, in nullo mortalium maior fuit, quām in eo humilitatis affectus. Vir- go se ex humilitate ancillam vocat. Paulus se di- cit: Abortiuum & quoniam sit dignus vocari Apo- stolus. at quia in Christo summa erat humilitas: ideo se delectissimum dicebat Quid enim non diceret anima illa sacra, tam sublimiter Deum videns? Quanto enim excelsius Deum vides, tanto te profundiorem conspicis. Quid nondi- ceret sacra illa anima, tam copiosè ditata: quām profundissimas gratias agens, minimam se fa- teri! Sancti enim coronas suas coram Deo de- ponunt, & in facies suas cadunt Quartò Chri- stus minimus, & ea ratione maximus. Siquidem Philone teste, ius regni inter Iudeos ad

minores natu filios pertinebat. Quia enim Da- uid inter filios Isai minimus electus ad regnum est: ideo sanciuit minimum filiorum regem fu- turum, qua ratione Salomon regnum accepit. Horum igitur Dominus dicit in regno, id est, in domo Patris minimum, vt ad quem regnum Patris spectaret.

A diebus autem Ioannis usque nunc regnum cœlorum vim patitur. Nescio: an hoc verbum laus sit Ioannis, an confirmatio eius dicti, quod minor in regno maior esset. Aperiam quid in ea re intelligam. Hæc igitur Do- miniverba explicantur ab Apostolo: qui nihil ferè aliud vult testatus esse q quod usq; ad Chri- stum vixerit, & regnauerit peccatum, mors, in- fernus, dæmon, lex mortis, caro nostra siue ve- tuts noster homo. Abundauit enim tunc deli- etum: & regnauit mors ab Adam usque ad Mo- sem. erant enim omnia conclusa sub peccato. Galat. 3. Porro à diebus, quibus Ioannes cœpit prædicare pœnitentiam in venturum, imo invenientem agnum: ex eiusdem Agni presentia & efficacia, Ioan. 1. cœpit peccatum deseriri. cœpit mors mori, cœ- pit pati morsum infernus. cœpit dæmon pelli Ofce. 3. ex atrio suo. Cœpit enim prædicari regnum no- vum, vita noua, & quia omnia noua placent, cœ- perunt homines, velut impetu facto, in eam no- uitatem irruere: & velut violenter irrumperet. Confluebant enim ad Ioannem cuncti morta- les. irruerant etiam in Christum: vt nec come- dere eis liceret. ideo dicitur regnum cœlorum vim Marci. 6. patitur. tot enim irruerant audituri verbum Dei: vt ferè dices valvas regni vim pati. nec enim domus capere poterat audientes, sed sublati te- gulis & tectis infirmi ad Christum inferebantur. Lucc. 5. ¶ Dignum verò est notatione, quod addit: Et vi- lenti rapiunt illud. Certè qui viuidè, & efficaci- ter recepit Deum intra se, ea opera facit: qui- bus adeo dignus cœlo est: vt si eodē fraudare- tur, ei iniuria fieret. Tanto siquidem amore in Deum feruerit, tam feruida fide credit, tam dilig- git inimicos, tam domat carnem suam, tanta mi- rabilia facit: vt iure suo dicas, ei cœlum deberi. Ut pote qui non terrenus sit sed cœlestis.

¶ Secundò memor esto eius verbi, quod in Isaia habetur: voca inquit, nomen eius, acceleras, spo- lia detrahere, cito prædare. Hæc nomina Chri- sti sunt qui vix triénio, ea festinatione præda- tus est, & rapuit cœlum: vt volare eum dices, non ambulare. Ea igitur ratione, is in quo Chri- stus est, ea festinatione operatur: vt putas eum semper vigilare, semper operari. Quod si vigi- lat semper, prædam parat domesticis suis ac ideo violentius sibi suęque naturę est. ¶ Sed iam nunc tertio audi. Opera nostra quae sunt arma militiae nostræ ex se adeo sunt debilia, & iner- mia: vt nec terre vim inferre possint. Porro 2. Cori. 10. cum armis Christi induuntur, potentia sunt ipsi cœlo vim facere. Quia igitur, ex tempore quo Ioannes prædicauit, prædicauit & Christus: & ex eo tempo

I Cori. 1. eo tempore factus est nobis iustitia, sanctificatio & redēptio, clarè fit: opera nostra operibus Christi dignificata, cœlo, & Deo ipsi violentiam facere, & cœlum rapere posse. ¶ Quartò demum intellege: Christi mérita non solum fuisse coram Deo efficacia, ex lege amicitię sed etiam ex lege iustitiae. Ex iustitia siquidē meruit Christus suis membris salutem, gratiam & à peccato liberationem. Ut docte ostēdit S. Thomas 3. parte quæstio 40. artic 1. Ergo à tempore Christi, qui volebant in gratiam & cœlum intrare, violentè & ex iustitiae rigore regnum capiebant. Exultent igitur mortales, quia si in cœlum ingredi volunt: nō solum ex misericordia, sed ex iustitia & violentia: cœlū illis patet: non quod ipsi cœlum suis viribus aperiāt, sed quod ex viribus Christi velut violentè sit apertum.

Omnès ^{enim Prophete & lex usq ad Ioannem.} Explicat, qd modo dicebā: perinde ac si diceret: In tempore legis, & Prophetarū erat status mortis, damnationis, delicti, irę erat captiuus mundus sub lege, sub huius mundi principe. Iam hic miserię cessauit status: Cūm Ioannes cœpit prædicare Agnum qui veniebat, finem cœpit habere delictū, mors, diaboli imperiū, & inferni voracitas. Cœpit enim lex noua splendere, nouus orbis, & noua cœpit creatura. Ut igitur in tertio mundi statu, id est, in statu æternitatis, precurret Elias Christum iudicem: ita in hoc secundo statu, (q est status gratiæ & Euagelij) præcurrerit Ioannes in spiritu Elię, Christum Redemptorem. Et quia similis (licet non omnino eadem) est gratia futuri seculi, & presentis, ideo similis est (licet non idem) Elię Ioánes. Porro vocat Christus Ioannem nomine Elię, merito quidem: Cūm enim plus possit gratia quam natura: si similis est in Ioanne, & Eliя gratia, & spiritus, iure vocabis nomine Elię Ioannem. attolle enim oculos ex carne in spiritum. Et ubi est unus spiritus, unum idemq; operans, unum etiam vocare licebit. ¶ Iam cum his verbis videret Dominus explicatum esse, summum illud quod homines optabant, videlicet Ioannem præcurrisse, & eius Messiam aduenisse, in quem qui crederet, liber à morte, viueret: regnūq; cœlorū iā esenstrū, & in ipsū nos vi posse inferre, clamat, & exclamat.

Hebre. 2.

Qui habet ^{aures audiendi audiat.} O vocem dignā quę animos nostros penetraret, quos si vox tam optata non penetrat, acerbissima inferni pœna penetrabit. Arrigate mortales aures vestras, percipite lætum quod vobis affertur nuncium: quod recepisse thesaurus est infinitus: abiecisse mors est infinita.

Cui autem similem estimabo.

Frequens est pueris cupientibus ludere, suos aequales ad ludum prouocare. agite inquiunt, canamus. Quod si renuant, si canere non placet, dicunt, lamentemur. His pueris Dñs se & Ioannem, & discipulos confert. ¶ Aperitur hīc pul-

cherimus campus, ad tractandas eas cōditiones, quas Prædicatores, locum Christi & Apóstolorū tenētes, habere debent. Sint primo pueri. Sedentes. In foro clamantes. Coequalibus suis. Lætitia, & lamentum. ¶ Pueri sint: imò lactentes, vt qd ex Psalm. 8. & huberibus Dei, in oratione suxerint, id pponat Math. 21. & bibendū auditoribus. Pueri sint: vt quod abscondit sapiētibus reueletur paruulis. Pueri sint & pusillus grex, cui Pater velit regnum dare. O si hæc intelligerent Prædicatores. Nemo fructuose prædicationi idoneus est, nisi q spiritum pueri, & paruuli possederit. David nō nisi puer, & inermis, ^{1. Regū. 8.} gigantē vicit: & quia ex humilitate se vicisse sciebat: ideo frequenter iactat: adolescētulus sum ego, & contemptus. Tres illi non nisi pueri vocares ^{Psalm. 118.} Daniel, ignis flamas, in rorantem auram conuerterūt. Samuel non nisi puer vocatur à Domino: vt re- ^{1. Regū. 3.} gat Israēlem. Et Saul cum esset paruulus in oculis suis, accipit regnum: quod cum superbire cœ- ^{1. Regū. 15.} pit amisit. Erigant Theologi cristas suas, vibrant Retores fulmina sua. Concrepent Philosophi ar- gutias suas: non nisi pueri sint prædicatores. Si- quidem apud Isaiam, vrsum & leonem puer paruulus minat, & pascit. & non nisi puer paruulus super foramine aspidum, id est, peccatorū securè delectatur. ¶ Secundò prædicatores sint sedētes. Exemplo Christi: qui cœlebrem illam orationē sedendo prædicauit. Non hīc corporalem sessio- ^{Math. 5. 6. 7.} nem requiras: sed spūalem de qua & philosophis dictum est: anima quiescendo fit sapiens. Sedeat igitur, id est, placidis sit moribus, mitigatis affe- ctibus, maturo iudicio, grauitate iudex, autoritate magister. Sedeat. vt quimerces in foro vendit: qui emētes expectare, & rogare videatur: nō fugere, aut festinare. ¶ Tertiò prædicet in foro. id qd supra admonuerat, cum dixit: quod dico ^{Mathe. 10.} vobis in tenebris prædicare super tecta. Tanta est doctrinę puritas, & integritas: vt nullum timeat, vel in medio foro, calumniatorē. Imò verò hoc est spiritus Dei ingenii & ardor, vt non conten- tūs prædicare priuatim: publica loca ad prædica- tionis fructum requirat. Sapientia enim clamat ^{Prover. 2.} in plateis foris prædicat. in capite turbarum dat vocem suam: in foribus portarum profert verba sua. Et rursus: In summis excelsisque verticibus ^{Prover. 8.} supra viam, in mediis semitis stans iuxta portas ciuitatis, in ipsis foribus loquitur dicēs. o viri ad vos clamito. Si igitur Sapientia nunquam nō est in foro clamitans: planè & filij Sapientiæ qui sunt prædicatores, in foro esse cupiāt: vt huberiorem sui laboris usuram referant: ¶ Quartò sint clama- mantes, quia magnitudo zeli, circa Dei honorem ^{Psalm. 68.} vrit eos. & charitas ad proximum vrgit eos. vi- delicet, quia venter eorum dolet. Videntes enim ^{Trenor. 2.} ciuitatem Dei solam, plenam populo: videntes infernum aperuisse animam suam, sine numero: quid facient, nisi clamare? Quid ni clamet habēs spiritum Christi, cum Christus prædicando clama- ret? Clamabat, inquit, in magno die Sabbati. Et Ioan. 7. rursus hæc dicens clamabat: qui habet aures ^{Luce. 8.} audiendi

audiendi, audiat. Clamat planè si homo est, qui videt alienam domū à latronibus defodi. Qui videt domū proximū succendi: qui videt amicum proximum esse ruinę: qui videt ciuitatem tradi in manus inimicorum. ¶ Quintò clamēt coequalibus suis, id est habeant amorem fraternitatis. Ut quanto maior es, hoc magis te humilias. Et quanto te precedere vides: tanto te magis ministerio ad dictum existimes. Coequalib[us] tibi sunt auditores: quia filii, heredes Dei, & coheredes Christi. Coequalib[us] tibi sūt in uno Deo, una fide, uno redemptore, uno pretio sanguinis, una aqua baptismi, uno Eucharistiae cibo. Hęc validiora sunt, ut te fratribus æquent: quā te subleuare possit generis claritas, opum abundantia, officij celsitudo. Sed frustra hęc Episcopis canas. ¶ Sextō: cantent, & lamententur. Sit prædicator alter Prothesus, in omnem se formam conuertat. Quos amoribus & blandicijs pellicere nequit. misis, & terroribus aggrediat. Ut quos amor non prouocat, gladius exterreat. Sanè cupit Paulus mutare vocem suam: & cum seruis seruus est: cum liberis liber, omnibus omnia fit, ut omnes lucrifaciāt.

*Anno 1515
civis ius
titiam
tuam
amoris
auscultum*

¶ Sed certè prius proponat auditoribus cantica, lētitiam, amores. In hęc enim maximè natura prop̄edit: hęc filiorum sunt: hęc amicorū. Quod si mali serui esse volunt, amoribus succedant verbera. ¶ Attentè verò Lucas dicit: Cantauimus vobis tibiis. Qui enim canit tibia, ore canit, & manu spiritum efflat, quem inflat: nec sī fātis. Sed mudulato canto audientium aures demulcit. Igitur qui canit prædicās, manum tibiæ, id est, operi admoueat. Spiritū charitatis ex visceribus efflet. & modulatè, id est, sapiēter prædicet. Ut eius sit sermo sale conditus.

¶ Rursum attentè lege: quod functionem prædicatoriam, & auditorum vitam, ludo puerili Dominus comparauit. Quia quęcumq[ue], in hac vita contingunt, similia sunt ludo. Breuissimè siquidem finiuntur, puerilia sunt hęc nostra: Sunt quę succedunt ēterna. Hęc ergo pueritia, hanc sequetur etas perfecta. Hęc ludus, quem sequitur ipsissima veritas. ¶ Demum aduerte. Si Ioannem, virum omnibus numeris absolutum, hominum vesana rabies demoniacū dixit: quænam sanctitas hominibus placere poterit? aut quę vita tam pura poterit esse à mortib[us] tutas?

Dignum minus laxè vixerit, & occasione dederit malis hominibus, cum voracem vocandi? Primum, quia in cœlo vixerat Deus, regalibus assuetus delicijs: & facile est assueta tenere. Secundo. Quia Deus ipse videbat eam humanitatem, quam sibi vnerat, omnibus delicijs dignissimam. Tertiò. Quia ieunium institutum est contra vicia à quibus Christus erat alienissimus. Quartò: Quia alioqui Dns, qui omnia suauiter disponit, sibi summanū vim intulisset. Iter agebat Dominus, circuens castella: prof-

rebat suos sermones in longum: curabat hominum languores: secretò multis consulebat. Hic Math. 4, tantus labor sine medo eti cibis, ferri nequibat. Quintò. Eare significabat letitiam animi sui, & letitiam Euangelij, & regni futuri. Planè despō. fabatur nouæ ecclesiæ, cui tempori ieuniū importunum est. Sextō. Christus circuens omnem locum, edebat ubi inuitabatur. Est verò gravis inuitantis molestia, si inuitatus nimis abstineat. Quę enim parauit, cujus erunt? Septimò. Ea ratione ostendit debitum esse Prædicatori omne deliciarum genus. Carnalia enim metat qui ea spiritualia seminat. Octavo. Si abstinentissimus esset vix crederetur homo, qui tāta miracula faciebat: si non comedisset. Nono. Destruxit Pharisæorum festum: qui totam sanctitatem in ieunijs collocabant dicentes. Ieiunabis in sabbato. Decimo, Normam dedit prædicatoribus Euangelicis: ut post ieuniū deserti, & post laborem prædicationis non vereatur, nō nihil corpori indulgere. ¶ Quod verò dixerūt Iudei, amicos publicanorum. Docet prædicatores, debere sibi familiares habere publicanos, & mercatores. Ut multis multorum necessitatibus quę contingere solent, occursere possit: & reuera mercatores isti facile appropriant Euangelio: si non vita nimis stricta, certè manu larga. Vbi aduerte: Christus patulos amplexatur, pauperes in Apostolos deligit, publicanos amat. Nunquam hos principes, Math. 10, nunquam scribas, nunquam phariseos dicitur amasse. Gloriam hī hominum querunt, quod vehementer Dominus abhorret. Facilius illa se inclinat maiestas, ubi est opum & retum humarum egestas. Quod subdit, Iustificata est sapientia. Planè iusta videri potest, quę salutē nostram adeò quęsūit, ac si sua esset. Nos verò repellimus, ac si inimici esset. Quid viro tam sancto dici contumeliosius poterat, quam esse vini & cibi voracem? quod non erat verum magis quam quod Ioanni obijciebant: videlicet quod haberet dæmonium.

Ve tibi Corozaim. Horrēdum est ve, quod mihi, per Corozaim sapientes intelligere. Et per Bethsaïda, diuites, & per Capharnaum, deliciosos, ut retulit Rupertus. Quis igitur non expauescat, audiēs ve sapientibus, diuitibus, deliciosis: sed cur his ve, quia si in gentibus facte essent virtutes, quę in illis pœnitētiā egissent. Certè sat grandis virtus est, sapientem Theologum esse. Sat grandis, diuitem esse Christianū. Sat grandis, omnia tibi prouenire iucunda, Cut ergo hęc facte in te virtutes non te ad Dom. in unum amandum pellebant? Quod si has virtutes in te factas contemnis, certe contemnere non potes alias multo maiores, licet obscuriores. Quoties audisti verbum Dei? quoties afflatus interius fuisti? quoties sensisti te à Deo vocari? quoties sacramenta ecclesiastica sump̄isti? Has virtutes te

Sapien. 8. tes, & priores quæ ad cœlum te vñque exaltabat: hec inquā infinitum tibi tormentum parient. Exiguo enim conceditur venia, sed poteris potenter tormenta patiuntur, & fortioribus fortior instat cruciatio. Certè delicijs addicti, non poterunt non sentire pœnam eo maiorem, quo carnem habuerunt teneriorem.

Sapien. 6. Non te lector prætereat verbum Domini, olim, inquit, in cilicio, & cinere pœnitentiam egissent. Vbi sunt ergo qui dicunt, ad penitendum non requiri dolorem: sed sat esse vitę nouitatē? At ex Dominico ore audis: pœnitentiam fieri in cilicio & cinere. Ut per exteriora hęc signa, cor dis intimus dolor significetur. Ut enim exultatum erat caput vnguento linire, & corpus vestre festiuā vestire: ita dolētum erat pro vngueno, cinere caput respergere, & pro blanda teste cilicio amiciti.

In illo tempore: respōdēs.

Isaie. 3. **R**es est omni consideratione dignissima: cur tam insolita verba Mathæus nunc scribat, dicens: In illo tempore, &c, respondens I E S V S, cum nullus esset interrogas. Et item. Cur tam nouē, Christus dicatur exultare, cum confessionem hanc pronunciat? Neq; enim (arbitror) locus est alius, vbi exultaſſe Christus memoretur. Dicam quod occurrit: Ante hanc confessionem exprobavit Christus Corozaim, Bethsaidę, & Capernaū: Et ut existimo, exprobavit his tribus populis, in eis exprobavit, & reiecit Iudaismum: vt qui non cognovit tempus visitationis suę. Et apertissimum est: eandem fuisse causam reiiciendi Iudaismum, quę erat reiiciendi tres illas ciuitates.

Roma. 11. **P**orrò ex Apostolo nouimus: quod delictum, Iudeorum, fuerit diuitię mundi: & diminutio eorum, fuerit diuitię gentium: & amissio eorum, reconciliatio mundi. Igitur reiiciente Domino Iudeos, incipiebat mundi reconciliatio: incipiebat mundi salus, & redemptio. Et ut apertius dicam: Reiecto sacerdotio iudaico, reiiciebatur lex veteris: & incipiebat noua lex, nouus rex, nouus grex.

Roma 8. **M**eritissimè ergo Mathæus dicit: In illo tempore, Videlicet in illo tempore, quod erat finis antiqui sacerdotij, veterisq; legis: & erat principium status gratiae, legis vita, & spiritus: in illo tempore quo aperiebantur diuitię cœlestes, quo subiiciebantur demonia discipulis, quo sanabantur hominum languores; & potissimè gratia dabatur hominibus, in illo tempore respondens I E S V S.

Isaie. 42. **C**ui verò respondeat queris? Audi prius Patrem apud Isaiam loquentem cum Filio. Parum inquit mihi est, vt conuertas reliquias Israel: dedi te in lucem gentium. Cum igitur hoc loco, & hoc tempore Israel abiicitur: necessario Pater dat filium in lucem gentium, & salutem populorum. Patri ergo filium statuenti, in lu-

cem & salutem orbis: filius responderet, & gratias agit. ¶ Quod si profundius spectes: intelliges hanc salutem gentium, & mundi reconciliacionem vehementer à prophetis petitam, imò à resto mundo expectatam. Videor enim mihi videlicet Genes. 49. dere tunc, mundum summis votis à Deo Patrem postulantem adoptionē filiorum per Christum. Huic ergo tam instanti petitioni: respondet Christus, iam se adesse: & ideo gratias agit Patri: qui tempus tantopere exceptatum iam attulisset. ¶ Cum igitur hoc tempore quo primum reiiciebantur Iudei, videret Christus modica Iudeorum iactura, diuitias in orbem effundi: meritissimè exultat in Spiritu sancto. Quę enim poterat esse gaudendi ratio, nisi mundi reparatio, & reconciliatio: cœlorum apertio: inferni dánatio, peccatorum remissio? Christus erat grauissimus, hec illi iusta exultandi causa, & forsitan alia nulla. Audi ergo eius letabundam confessionem.

Confiteor tibi Pater Domine celi & terra.

Quia sicut in cœlo reieciſti eos angelos: qui sibi sapientes videbantur, & elegisti angelos illos, qui toti vt paruuli, ad te vt Patrem accurrerunt: ita & in terra nunc reiicis Iudeos: qui se putant magistros infantium, duces cecorum, lumina eorum qui in tenebris sunt, eruditores insipientium: eligis verò nouam parvulorum gentem: qui toti à tua volūtate, vt infantes pendeant. ¶ Arbitror enim ea causa Christum meminisse cœli, & terræ. Ut electio, electioq; illa, quę tūc nouē fiebat in terra. responderet illi quę facta fuerat olim in cœlo. Rursum existimo Iudeos de lege sua gloriosos, hic à Domino vocatos sapientes, & prudentes. Christianos verò, vocatos paruulos: eorum enim solum est regnum cœlorum. Ex quo Math. 19. planè infertur. eum qui sibi sapiens videtur, quiq; nondum stultus factus est, vt sapiens fiat: non militare sub vexillo paruuli Christi. Sed spectare potius ad Pharisæum, imò ad Luciferi factionem. Vita enim Christiana vita humilium est, parvulorum est, infantium est & latitudinem. Ex quorum ore perficit Deus laudem suam. Nisi enim conuersi efficiamur vt paruuli, non intrabimus in regnum. Math. 19.

Vnde aperte habetur quā causa exultauerit Christus, videns Patrem suum reuelatum hisce paruulis. Certè quia hi paruuli vidētes se, ad hęc mysteria vocatos, effundunt se totos in amorem, & laudem Dei: qui eos vocauit ad cœlestia regna. At sapientes non ita laudarent. Iam paruulus, & pauper, vbi ditatus est, & vbi thesaurum reperit, cautè conseruat. Diues facilè consumit. Ita Christianus paruulus thesaurum luminis divini arctissimè custodit: quem sapiēs facile despicit. Et tandem in hac sequutus est Christus homo, huminum morem: qui facilius afficiuntur in miseros, & deiectos: quam in superbos, & opulentos. Ideo gaudet videns

vidēs opes Patris in paruulos effusas.

¶ At non est silendum, cur Dominus dixerit. Abscondisti hęc, cur non dixit, abscondisti has opes, hoc lumen, hunc thesaurum? Certè quia rāta sunt illa, quę Pater abscondit sapientibus, & reuelat paruulis: ut nullo nomine uno nominari possint. Sunt illa, lux, sol, cœlum, ignis, aqua, vita, cibus, potus, opes: & tandem sunt omnes thesauri: igitur nullo unico nomine nominari quęunt. Erit ergo illis silentium laus. Ille igitur nominare potest, ea quę paruulis à Patre revealantur in terra: qui nominare potest ea quę sanctis cōmunicantur in cœlo. At quę in cœlo dantur, nec oculus vidit, nec auris audivit: igitur nec oculus vidit quę paruulis dantur in terra. Quę enim his dantur in terra, eiusdem, ordinis sunt: cum ijs quę eis dabuntur in cœlo.

¶ Fateor à Salomone hęc dona nomine sapientiae fuisse donata, nomine item sensus: & nomine spiritus sapientię, cum dicit: Optauit & datum est mihi sensus, inuocauit, & venit in me spiritus sapientię. Sed vide quid addat: venerunt mihi omnia bona cum illa. Igitur hęc sapientia est omnia bona: & est innumerabilis honestas: & est infinitus thesaurus. Meritò igitur Christus nullum nomen huic thesauro, his infinitis opibus indidit. Textus.

Ita Pater *quia sic fuit placitum ante te.* Iā nūc intelliges causam, quare Christus Patrem suum, Dominum cœli & terrę vocat. Domini enim est facere quę vult. An non, inquit, possum quod volo, facere? Quia Dominus est, ideo rejicit quos vult: & deligit quos vult. Paulus quererebat, cur Esau Deus odierit: Iacob verò elegerit, quare Israelem reiecerit, gentes verò assumpserit. Respōdit: Quia figulus habet testamentum, ex eadem massa, aliud vas facere in honorem: aliud verò in cōtumeliam. Hęc Paulus. Sed multo altius eidem quęstroni nunc respondet Christus, eo rejecit quosdam, delegit verò, alios quia Dominus est cœli & terrę: & ideo facit quod est placitum ante se. Figulus enim facit quę alii iubent. Deus facit, quod sibi placet.

¶ Et eleganter textus Gr̄ecus dicit. Ita pater, quia sic fuit bene placitum ante te. Eo enim quod ita placet, ita etiam bene placet. Nō enim aliunde res habent, ut bonę sint: quam quia Deo placent. Nam sapienter Paulus: ut sciatis quę sit voluntas Dei bona. Si enim voluntas Dei est, bona est. Nolit igitur perscrutari altius animus noster, quam Christus definit magister noster.

¶ Iam cum Christus videret nouum regnum inchoari, nouoscives deligi. Videretq; se huius regni principem constitutum, dicit:

Omnia mibi tradita sunt. Et nemo nouit filium. Sanè communis confessio est, omnes homines appetere fœlicitatem. Est verò fœlicitas, status omnium bonorum. Igitur mortales si statum omnium bonorum summis vo-

tis expetitis: enī omnia mihi tradita sunt. Nullus aliis ergo ea vobis dare potest: mihi enim tradita sunt. ¶ Iam communis Theologorum sententia est, fœlicitatem consistere in cognitione. Quod si Theologis diffidis, Christum audi. Hęc est vita éterna: ut cognoscant te Patrem, & filium tuum. Igitur o homines si fœlicitatem concupiscitis: hęc verò est cognoscere Patrem & filium: Iam scitote me solum hanc cognitionem vobis præstare posse. Patrem enim & filium, solus filius potest reuelare. Meritò ergo statim subdit: Si mea sunt omnia bona quę vos queritis, si solus possum reuelare vobis patrem & filium (quę vestra fœlicitas est) **V E N I T E** ergo ad me. ¶ Nota cur dixerit, Patrem nemo nouit nisi filius. Certè per naturam cognoscitur Deus, & etiam per legem. Sed per naturam cognoscitur cum mille erroribus: Et per legem cum mille figuris, & vmbbris: qui igitur certò & apertè reuelat, solus filius est. Docuerunt Philosophi Deum: sed vide quam fallaciter: docuit lex, sed vide quam figuratè: Dices: An non & Spiritus sanctus reuelat Patrem & Filium? Planè: Sed spiritus nihil aliud docet, quam quod filius reuelauit. Suggesteret **I o a n . 1 4 .** enim quęcumq; dixerō vobis. Ea enim omnia quę spiritus in concilijs definiuit, ex ijs quę in Euangeliō Christus reuelauit, robur suum ostendunt. Venite igitur ad me omnes qui naturaliter scire desideratis, & ego vobis reuelabo Patrem & eius filium.

¶ Pulsas forsan, cur priori loco dictum sit: Omnia mihi tradita sunt. Certè quia hominum appetitus scientiam postponit diuinitijs. Igitur si placent vobis omnia bona venite. Vbi nota: **Sapien. 8.** Humanitas Christi habet omnia bona, & ei tradita sunt. Cum enim accepit esse diuinum Verbi éterni: simul cū eo accepit omnia bona Verbi. Necessariò enim, accipiens esse hypostatum Dei, accipit omnia quę possidet Deus. Ergo pariformiter: qui recipit esse Dei per gratiam, recipit etiam (suo modo) omnia eius bona. Sicut qui recipit esse diuinum per gloriam, recipit etiam omnia bona. Sicut ex aduerso: qui amittit in inferno hoc esse Dei, recipit omnia mala. Et ex consequenti, qui amittit Deum per peccatum mortale, etiam recipit omnia mala. Hęc verò non solum spectantur ab ingenio: sed ferè conspiciuntur experimento. Ea enim anima quę conjecturis quibusdam se Deo videt unitam, eum suum statum nullis mundi bonis cōmutabit. Cur ita? quia sicut Christo tradita sunt omnia bona: ita & per Christum illi anime eadem tradita sunt. suo cuiq; tamē modo.

¶ Ergo venite ad me omnes qui laboratis, & ego reficiam vos. Primum spectato: Hunc esse primū locum, in quo Christus omnes inuitat ad se: & ferè sensus est: Deus vester sum, venite ad Deum vestrum. Fons sum aquę salientis **I saie. 55.** in vitam æternam: venite ergo sitientes ad a-

Isaie. 2.

Isaie. 11.

Isaie. 25.

Isaie. 25.

Psal. 35.

Math. 4.

Psal. 72.

Psal. 143.

Eccle. 2.

Ioan. 15.

Roma. 13.

2. Cori. 6.

Psalm. 26.

quas. Mons sum preparatus in montium omnium vertice: venite ut ibi doceamini de vijs Dei. Signum sum eleuatum in nationes, venite ad me profugi. Ego mons, in quo fit conuiuiū pinguium, vindemię medullatorum: venite ad edendum. Ego fortitudo pauperi, spes à turbine, umbraculum ab ęstu, venite ut protegamini. ¶ Atqui o princeps Christe, vocas omnes, omnibus promittens refectionem: vide quid pollicearis. Sunt enim hominum malorum numerā quibus torquentur: quomodo tu illis omnibus medeberis. Planè nemo nisi Deus verbū illud, verū facere potest, nemio enim nisi Deō ōēs reficere valet: ille. n. reficere pōt, qui & facere. Locus ergo apertus quo Christus se Deū protulit hīc est. Solus enim Dei est ex omni tribulatione liberare. Sed Christus se verum dixisse olim probauit, sanas omnes languores corporis, per quos languores significantur & animae. Probat etiam, quotidiano ferè experimento. Nullus enim in quacumq; tribulatione, vere ad eum accessit: quin sui laboris, & languoris attulerit medicinam.

¶ Sed attende vocat Dominus non omnes: sed laborantes & oneratos. Felix ergo & labor & onus: per quę ad Christum aduocamur. Sunt certè quidam, qui laboribus murum fecerunt, qui in labore hominum non sunt, quorum sunt promptuaria plena, eructantia ex hoc in illud, quidixerunt ut affluant delicijs & fruantur bonis. Hos non invitat Dominus. o miserum ocium, miseramq; negligentiam: quę à vera requie homines separat. Sanè si labor, & onus vasa sunt, in quibus refection Christi ferenda est: ego equidem onus volo, & labore. Illa enim refection ut à Deo, diuina erit: ac ideo longè potentior ad exhilarandū, quam sunt onus & labor ad affligendum.

Tollite iugum meum super vos. Non adeō facile est nosse quod nā sit hoc Christi iugum, hoc eius onus? Nescio an dicere audeam: onus & iugum, esse amorem & dilectionem? Certè si iugum significat legē, Lex Christi est amor. Hoc enim est mandatum meum: vt diligatis inuicem. Quin etiam si Christus nō id dixisset, Paulus tamen admonuit: eum qui diligit, vniuersam legem impletasse. Igitur iugum & onus Christi amore est, teste Augustino qui dixit, amor meus, pondus meum. Ex quo iam intelligitur iugum esse suave: quid enim amore suauius: quid etiam leuius? iugum tamen esse, & onus sentit: qui amat. ¶ Quòd si iugum libet ab onere secernere: auderem dicere, onus Christi esse Christum, esse Deum ipsum. Audi Apostolum, pretio estis empti, portate igitur, & glorificate Christum in corpore vestro. Christus ergo est onus, quod Christianus portat: & quia onus hoc reuera grauissimum est: ideo psaltes ad ipsum ferendum animat dicens. Viriliter age, confortetur cor tuum, & sustine Dominiū,

Sanè cum mali sumus, onus Deo sumus: & o. Isaie. 43. nus adeō graue, vt ipse dicat, laborare me fecistis in iniquitatibus vestris, laborai sustinēs. Porrò cum boni esse incipimus, Deus est nobis oneri. Audi Job dicentem: semper enim quasi tumentes super me fluctus timui Deum, & pondus eius ferre non potui. Cur ergo, si Deus nostrum onus est, leue hoc onus afferitur? Certè quia amor facit ipsum leue. Nec esse potest nimium graue pondus, quod vires præbet ferenti. Quodq; pro ferentis viribus, se humeris nostris suspendit. ¶ Sed non est silendū cur Dominus dicat iugum meum suave est. Certè non est natura iugi, vt vni soli apponatur. Si iugum est, duos grauare debet. Quis est ergo ille, qui mecum iugum portat? Audeo & hoc dicere, Christus ipse est iugalis noster, qui iugū fert nobiscum: nobiscūq; laborat. Audi Salomonem in ea elegantissima oratione, quā sapientia (quę verbum Dei est) à Deo petiuit. Mitate inquit sapientiam de cœlis sanctis tuis: vt me cum sit, & mecum labore. Audis ne sapientiam cum Salomone laborat, quasi que iugum cū 1. Cori. 15. illo ferentem? Quin & Paulus dicit, prè omnibus laborai, nonego: sed gratia Dei mecum. Gratia verò Dei licet sit habitus quidam infusus animę, ille tamen non laborat: nisi Christus eius gratiæ autore laborante. Ergo Christus cum Paulo laborat, iugumq; fert cum eo: nescio an pari, an verò maiore quam Paulus nisu. ¶ Nam si Christus iugum nobiscum portat: non potest non esse leue iugum, quod partim à tam robusto bove portatur. Et si pondus graue est: non potest non esse leue: quod à viribus tam giganteis sustinetur. ¶ Vide verò quod inquit: tollite iugum meum super vos. Non dicit super humerum vestrum, aut collum. Sed super totos vos. Nulla enim in Christiano pars esse debet, à iugo & onere libera: Si enim offendit, Iacob. 2. rit quis in vno, factus est omnium reus. Ergo qui iugum à se in vno abijcit, in toto se putet abiecisse. Rectè David onus super se totum sentit, cum dicit. Omnia ossa dicent, Domine quis similis tibi: quia videlicet Deū super omnia ossa gerebat. Et rursum: benedic anima mea Psal. 102. Dominum, & omnia interiora mea nomen sanctum eius. Laudabant omnia interiora iugum, quod ferebant.

Discite á me quia mitis sum & bamilis. Quid Domine te mitem dicis: an non tu Psal. 93. es Deus vltionum: an non rogas David, Domine ne in furoretuo arguas me: an nō tu es qui inebrias sagittas sanguine, cuius gladius deuorat carnes? Iam si tu fateris, gloriam tuam te alteri non daturum, cur fateris te humilem esse: quid habes quod humiliet te? Ad hoc sub censura dictum velim. Non credo Christum simulatè, vel fictè mité, aut humilem: sed in spiritu & veritate. Causa verò quę eum humiliabat hecerat, Christus non est intelligendus ut priuatus

Isaie. 1.
Ierem. 6.
Job. 31.

Sapien. 9;

Iacob. 2;

Psal. 34.

Psal. 102.

Deuter. 32.

Isaie. 42.

priuatus aliquis homo. Sed ut homo omnes homines comprehendens, & omnium hominū vicem gerens. Quare erat homo omnium hominum peccata sustinēs. Posuit enim Pater super eum peccata omnium nostrum: & ideo ipse dicebat longè à salute mea verba delictorum meorum: peccata nostra sua esse asseuerans, & pro nostris peccatis pœnam se luiturum promittēs. Meritō ergo humilem se esse fatebatur: & quin non homo esset, sed opprobrium hominum, & abiectione plebis. At qui ita se abiicit, mittis necessariō est. ¶ Porrò qui à Christo hanc humilitatem & mansuetudinem, cum amoris iugō dīcīt: planē requiem animæ suę inuenit, humiliis enim amor thesaurus est, & requies.

CAPVT XII.

In illo tempore, abiit Iesus.



Isaie 53.

Psal. 21.

Psal. 22.

Apocal. 2.

Exod. 31.

Ezech. 31.

Isaie. 50.

Ezech. 34.

1. Cori. 10.

Ierem. 23.

Ezech. 34.

chiel dicēs. Suscitabo super ea pastorem vnum, qui pascat ea, seruum meum Dauid.

¶ Secunda ratio: Læcta legem, sacerdotes vestri sabbato hostias maectant: quas Deo immolent, & ipsi manducant. Ea figura fuit nouorum sacerdotum: qui in festis maximè diebus, homines sint Deo immolaturi: ex quibus sint ipsi manducaturi. Id presagiunt, cum spicas vellunt, vt Auctor. 10. ex eis edant, & Deo offerant.

¶ Tertia ratio: Dominus dicit, misericordiam volo, & non sacrificium. Videlicet, quia sacrificia neminem poterant facere perfectum. Impossibile siquidem erat, sanguine hyrcorum aut taurorum, auferri peccata. Ideo cum Christus ingreditur mundum, ait: Sacrificium & oblationem noluisti. Quid ergo cupis? certè misericordiam: vt corpore Christi per misericordiam oblato, diuina in nos misericordia fundatur. Si hoc vos sacerdotes intelligeretis, non adeò vestram sacrificiorum legem zelaretis. Nec discipulos meos Dei voluntati obsequentes, damnetis. ¶ Quarta ratio, Dominus est filius hominis etiam sabbati. Planē, quia tuus est dies, tua est nox: tu fabricatus es auroram, & solem. Psal. 73. Planē qui condidit legem, is est qui potest abolerere. Ego feci sabbatum, ego legem de eo tuli: ego ipse legem quam tuli reuoco.

¶ Si verò rationem reuocandi requiris, hæc est. Deus fecit sabbatum seculare, indicās sex diebus mundum fuisse perfectum, eiq; nihil tum deesse. Sic enim habetur: Perfecti sunt cœli & Genes. 2. terra, & omnis ornatus eorum. Tuncq; requieuit Deus ab omni opere quod patraret. Planē requieuit, & sabbatum indixit, quia mūdo corporali, ex corporalibus nihil deerat. Cum verò venit Christus, mundum nouum cōdidit. Ad quem comparandum non sat essent seculares labores, sex diebus exhausti: Sed necesse erat nouum laborem adhibere, vt noui mundi vitam assequeremur. Aliquid ergo deest mundo corporali, vt ad spiritualem perueniat: id erat in sabbato seculari acquirendum. Reuoetur igitur ocium secularis sabbati: & ad requiem diei Dominici transferatur: Ut dominica die, cum Domino resurgamus. Quia enim non sumus ingressi in requiē spiritualem ex operibus legis: necesse est, vt sabbato legali violato, laboremus: vt in nouum sabbatissimum ingrediamur. Hæc ratio est Apostoli: quām, fusē ille explicat. Hactenus strictim neruos Euangelij huius enarrauimus. Fusius eius partes enarrabit.

In illo tempore. Quo nouitas Euangelij refluit: quo iugum & onera legis, ab humeris hominum remota sunt: Quo Dominus se suorum defensorem, calunijs impugnantū obiecit. Quo Dominus humanarum sanctionum vim explicauit. Quo Dominus quas ex legibus diuinis, magis cuperet ipse seruari, declarauit. Quo cultus Dei ubi sit maximè situs, demonstrauit.

Hebre. 10.
Hebre. 9.

Hebr. 10.

Psal. 73.

Genes. 2.

Ad. Heb. 4.

struit. Quo prædicatorum vitam qualis futura esset delineauit. Quo demum prædicatorib⁹ autoritatem intrandi per sata, & inde spicas edendi cœcelsit. Meritò dixit in illo tempore, vbi tot mysteria sunt demonstrata.

Abijt ergo Dñs per sata. Sata hēc sunt homines in terra defixi, de quibus dicitur: Vocauerunt nomina sua, in terris suis. Sepulchra enim sunt domus eorum in eternum, & tabernacula eorum in progenie & progenie. De his dicitur: Ve habitatoribus terre. Et rursus. Plangent se omnes tribus terre. Hi sunt Adam terrenus: & quia de terra sumpti, in terram redituri. Sati hi homines terreni in terra maledicta, quid erunt nisi maledicti filii. s. irę. Igni igitur perpetuo seruantur, non cœlo.

Habent hēc sata, id est, hi terreni homines spicas: quæ sunt suæ partes celsiores. Cor verò est pars hominis altior, cor ergo spica est. In hoc corde latet amor, affectus, intentio: sicut in spica granum. Hunc porrò amorem cupid Deus sibi in escam parari. Sed est amor mille inuolucris, folliculis, & aristis obuolutus. Prauū enim est cor hominis, & inscrutabile: quis enim scrutari potest tot amoris nostri sensualitates, inclinationes, & vanitates? Comedere verò affectū, & amorem hunc, cum aristis & vanitatibus suis, Deus non potest. Quid remedij vt comedat? certè, vt amor suis expolietur inuolucris & aristis. s. vanitatibus & inclinationib⁹, quę in nullum sunt vsum: nisi vt vel à vento ferantur, vel ab igne clementur. Igitur ad expolianda hēc grana, dignatus est Dominus suos discipulos per sata introire. Quis verò rem tantam agredi auderet, nisi Domini autoritate iubéte? Quid porrò nos essemus, nisi Christi discipuli ad nos expoliandos intrassent? Sed interim videant, qui ad expoliandas spicas accedunt: tantum interesse debere, inter prædicatorum & audiencium vitam, quantum interest inter spoliantes, & spoliatas spicas. Rursum aduerte: Apostoli Domini pauci fuerunt, & paucō cibo contéti: paucas ergo spicas euulserunt, paucas confricauerunt, & comedenterunt. Multò igitur plures manserunt integrę spicę, quam expoliatę. Certè quia multi sunt sati & vocati, sed pauci expoliati & electi.

Aduerte tertio. Esuriunt discipuli spicas, ideo comedunt eas. Grande donum Dei est esurire spicas, id est, hominum salutem. Optabat Paulus spicas has, cum dicebat: optabam ego anathema esse pro fratribus meis. Planè propriū fuit filio Dei, nostram salutem (vt qui pater noster esset) optare. Optabit igitur, & discipulus ille cui datum est, vt sit Patris eterni filius, & terrenorum hominum Pater: Quòd si optauerit ardenter & efficaciter, comedet. Non enim defraudat Deus suo cibo illam esuriem.

Cœperunt ergo discipuli vellere spicas. Primum aduerte: nō vellunt dis-

cipuli integros calamos, sed solas spicas. Quia discipulis non est præcipuè datum, hominū corpora ex vita rescindere. Sed eorum corda & affectus ē terra in cœlum attollere. Id enim est quod Petro dicitur, mitte gladium tuum in vaginam. Quasi dicat, non est functio tua, calamos secare. Secundo aduerte: cum euellitur spica, moritur: cum fricatur deteritur: cum editur corrumpitur. Dices: cur ergo spica moritur? certè quia ita moriens viuit. Nisi enim mortua fuerit cum Christo vita nostra, non resurget cum Christo mors nostra. Et certè fœlicius & sublimius viuit spica, exesa ab homine: quam in calamo fixa. Propterea Petrus dicitur piscator hominum: quia licet moriantur, educiti pisces ab aqua: fœlicius tamen viunt in comedente, quā vixissent in mari. Ita sanè claudatio Iacob, fuit eius illustratio: alligatio Isaac, vt morere. erant quotidiana merita: quibus regnum Deus illi parabat. Demum nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, nullum fructū affert. Auellendus ergo est amor noster à terrenis: idq; Apostolica manu, & diuina autoritate. Quę enim Apostoli in terra soluūt, & euellunt: soluta & euulsa manent in cœlo.

Auulsa spica ex calamo, manibus Apostolorū fricatur, & purgatur. Memoria repeto, nobile illud ex Psalmo dictum: Pauit eos in innocentia cordis sui, & in intellectibus manuum suarū, id est, pauit eos in ea eruditione & intellectu, quem manus pepererunt. Frigida enim est omnis eruditio, quę manuum operatione, & fricatione non est calefacta. Igitur spicas non fricant verba, sed manus: operare, & fricare noueris teneras spicas. Multum ergo ora, multas misericordias exerce, multum prædicta, vt purgare & comedere possis spicas istas. Demum post auulsionem spicę, purgare eam conuenit.

Purgatam spicam comedit Prædictor, vt verum sit in eo illud: Labores manuum tuarum quia manducabis. Alat corpus nostrū cibus iste terrenus: sed prædictor non alatur, non gaudet nisi de parta animarum salute. Non enim deberet prædictor dare somnū oculis suis, donec inueniret locum domino. At qui locum Dominō exhibuit, escā ei parauit: cibus verò Christi salus est animarum. Sed ve, multi ex nobis nō querimus quomodo Christum, aut animas nostras animarum salute pascamus: sed quomodo hēc bruta corpora inferciamus.

Pharisei autem videntes. Deum immortalē, etiam cum Christo ibant Pharisei, non solidiscipuli sectantur magistrum, sed eius etiam inimici. Ut nullus locus tutus sit ab impugnatione, etiam in collegio Christi. Sed si in cœtu Christi impugnaris, ab ipso propugnaberis. Dominus enim mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi. Et rursum. Pone me iuxate & cuius

Psal. 48.

Apocal. 8.

Math. 24.

Genes. 3.

Ephe. 2.

Ierem. 37.

Math. 22.

Roma. 9.

Math. 5.

Math. 26.

Ioan. 21.

Math. 3.

Genesis. 22.

Genesis. 22.

1. Regū. 26.

Ioan. 12.

Math. 18.

Psal. 77.

Psal. 127.

Psal. 131.

Psal. 117.

Iob. 17.

Job. 17.

etiusuis manus pugnet contra me.
 ¶ Dominus igitur respondet calunię: sed non nisi ex textibus sacris. Ut enim tentanti dia-
 bolo, non respondit, sine textu: ita nec eius
 ministris caluniantibus respondet sine textu.
 Videlicet: ut eam agitur, an quidpiam liceat,
 nec ne: ad autoritatem sacrarum literarum ma-
 xime recurramus. In ea tamen response nota
 Dauidē & suos, non consedisse panes propo-
 sitionis, nisi à mulieribus puros. Quo signifi-
 catum est prædicatores, spirituales panes man-
 ducaturos, castos esse oportere. Siquidem li-
 bido esuriem animi extinguit: sicut flamas
 carnis accendit. ¶ In secunda ratione nota:
Sacerdotes antiquos, maximè sabbatis, carnifi-
 cinam exercuisse, In signum & figuram nouo-
 rum sacerdotum: qui diebus maximè festis car-
 nificinam humanorum cordium, quę Deo offe-
 rant, facere debent. Ut enim in festis diebus,
 paratior est Deus, ad suum auxilium præstan-
 dum: ita esse debet quiuis Prædictor, ad eum
 coléendum. colitur autem maximè: si ei corda ho-
 minum edenda proponas. Et hæc causa est,
 quare Christus ferè sabbatis sua mirabilia ope-
 ratur. Et causa est, vt arbitror quare in festis
Christianorum præcipuis, soleant fideles ad
 Deum suum conuerti.

¶ In tertia Christi ratione: caue ne consentias
 Lutherο, ecclesię cæmonias neganti. Non
 enim Deus renuit sacrificia nostra: sed renuit
 vetera illa, Alioqui si sacrificium non vult: cur
 se Christus Patri in sacrificium crucifixus obtu-
 lit? Cur sancti martyres sua corpora Deo sa-
 crificant? Planè si Patri sacrificium iuda, &
 Ierusalem (quod est Christus cruci confixus)
 adeò placuit: placebunt etiam omnia Christiana
 sacrificia, quę non nisi Christi sanguine tin-
 eta sunt. ¶ Nota etiam nullum peccatū mor-
 tale cōmitti contra cæmonias: si non ex con-
 temptu, neq; animo iuquo: sed ex iusta potius
 causa violentur. Quomodo enim in infernum

Deus trudet animum pium, & bene de Deo
 merentem? ¶ In ultima ratione ego mihi lubé-
 tissimè adnoto verbum illud Domini: Domini-
 nus est filius hominis etiam sabbati, id est, Do-
 minus est filius hominis legis, quam pri⁹ statuit:
 vehementer id audiēs gaudeo. Video enim le-
 gem quę dixit, peccatum in spiritum sanctum
 esse irremissibile. Sed gratia Christo, hanc le-
 gem ipse reuocare potest, Dominus enim est
 etiam sabbati. Item statuit lex, cor durum ma-
 le habere in nouissimo, & mortem peccatorum
 esse pessimam. At etiam huius legis Christus
 Dominus est. Item statuit lex: cum sancto
 sanctus eris: sed cum peruerso, peruersus eris.
 Et hanc etiam legem irritare potest Dominus
 legis. Fator nolle in has leges impingere,
 ne earum severitatem sentirem: sed ubi in eam
 infelicitatem incidissem, desperare nolle:
 sciens Christum esse Dominum suę legis.

Malach. 3.

**Caieta, verbo Cleri-
 cus, & Ieu-
 sum.**

Vide

Math. 12.

Ecli. 3.

Psal. 33.

Psal. 17.

¶ Forsan desideras nosse, quid sit sabbatum se-
 cundò primum: in quo huius Euangelij histo-
 ria contingit. Sabbatum secundo primum pro-
 prię erat decima sexta luna, diem maximum
 paschæ sequens. Ea enim die iubebatur affer-
 ri frugum manipulus: vt habetur Leui. 23. Di-
 cebatur secundum, quia sequebatur festum pas-
 chę: dicebatur secundo primum, quia primum
 erat inter sabbata sequentis festivitatis. Hæc
 ex Iosepho, libro. 3. antiquitatum, cap. 11.

¶ Non libet præterire, quām apertè Christus
 hic suā diuinitatem exposuit: dixit enim. Tem-
 plο maior est hīc. Et item, Dominus est filius
 hominis etiam sabbati. Planè si Dominus est
 Christus legis, quā Deus statuit: ergo Deus est:
 & idem si templo & altari maior est.

Et cum inde transisset.

V Eris simum est, hunc qui manum aridam
 habebat, genus hominum, & quemlibet no-
 strum significasse. Habet igitur homo aridam
 manum: sed eius ignoratur ariditas, donec Chri-
 stus in synagogam intrat. Expende nunc my-
 steria. ¶ Habet homo manum, sed aridam.
 Quia facultatem habet cœlum manu arripiendi.
 In hoc enim natus homo est: vt operibus
 quasi manibus Deum sibi compararet. Sed
 arida est hæc sine Christo facultas. Impossi-
 ble est enim per naturam, aut per legem solam. Concil.
 cœlum arripere. Ut tota Epistola ad Roma. & Tr. den.
 Galatas Paulus ostendit. Quantum verò hæc Sei. 6. c. 1.
 ariditas noceret, nesciebatur, donec venit fi-
 lius hominis in synagogam. Venit igitur, & li-
 cet à Patre missus veniat: venit etiam sua ipsius
 autoritate: vt qui Deus esset (hoc enim verbum
 illud, venit, significat: vt supra dictum mi-
 hi est:) venit verò, non in concilia gentium:
 sed in synagogam Iudeorum. Neq; enim an-
 gelos, aut Cœliares apprehendit: sed semen A- Hebrez.
 brahe apprehendit.

¶ Ingresso Domino in sudaismū, id est, ingre-
 so in carnem Iudeorum: Controuersia oritur
 de sabbati obseruatione. Christus enim vene-
 rat dissoluere sabbatum, cum tota lege literali.
 Iudei huius ignari sacramenti: umbras suas
 cum luce, seruare contendunt. Literam quę oc-
 cedit amplectuntur, spiritum qui vivificat re-
 iiciunt. Sed o Pharisæi, qui circuitis mare, &
 aridam: vt faciatis unum proselytum: quem Math. 23.
 ubi feceretis, filium duplo gehēne quām vos
 facitis, respondete: Num sabbato licet ani-
 mas diabolica fraude deceptas eripere? num li-
 cet ciuitates dissipatas redificare? num licet
 salutem omnibus seculis optatam prestare? nū
 licebit ouem in puteo limbi iacentem extrahe-
 re? Genus hominum ouis una est, ex centum. Luce. 15.
 Hec in infimam peccatorum foueam præcipi-
 tata est: deciditverò in sabbato. Eo. s. die quo Genes. 3.
 Deus requiescebat, ab omni opere suo: & homo
 n. iiiij quiescebat

*sabbatum
secundo
primum*

*Concil.
loan. 20.*

Supra. c. 8.

*Hebrez.
2. Cori. 3.*

*Math. 23.
Isaie. 49.
Genes. 49.*

*Luce. 15.
Genes. 3.*

quiescebat ab omni miseria: num ita iacētem in peccatis ouem licet eruere?

Psal. 68.

Certè Deus cupit ouem in puteum collapsam educere: & vt eam educat: in foueam & puteum intrat. Ipsò dicente: Libera me de profundis aquarum: nō me demergat tempestas aquæ: neque absorbeat me profundum: neque vrgeat super me puteus os suum. Intravit Dominus usque ad ventrem certi: vt inde voratam eriperet ouem. Eripuit: tenuit, non dimittet: donec, eam secum in cœlum abducat. Si verò ouis toto nisu, è manu pastoris sui elabi conatur: hęc ouis, non pastoris culpa est. Pastor enim supra humeros suos ouem assumpsit. Libera verò est, si inde suo malo recedere vult. Cum igitur nemo sit sani iudicij, qui neget hoc opus summæ commiserationis à Christo in sabbato fieri: plana conclusio sequitur. Igitur licet sabbatis benefacere. **O** conclusionem omni acceptione dignam? Sanè antè Christi aduentum in sabbato erant homines: in ocio ab operibus cœli.

Hebræ. 10.

Lex enim ad perfectum adduxit neminem. Totum ergo illud tempus ante Christum exortum, erat sabbatum: in quo non poterant homines, ex legis natura, operari: nisi legalia, & carnalia. Iam per Christum licet benefacere. Iam licet cœlum operibus nostris comparare. Operibus. s. quæ faciamus vt filij: & non vt miseri serui. Igitur hactenus vmbra, somnus, nox, mors. Iam nunc veniente corpore Christi, legis vmbra recedat. Sole iustitiae veniente: somnus, & nox abeant. Vita aduentante exulet mors: si nox recessit, & dies appropinquauit, licet iam viuere. Licet iam letari, licet iam bene operari. **S**ecundò, si licet sabbato benefacere: taceant scrupulosè festa seruantes. Omne enim opus quo Dei solius gloria requiritur, licet in sabbato. Et rursum omne opus in festo licet: quod necessitas, vel magna cōmoditas à nobis extorquet.

Coloss. 2.

Tunc ^{ait bōmini.} Homini, qui nihil erat aliud, quām homo. Et ideo erat vniuersitas miseriarum: quia scriptum est, vniuersa vanitas omnis homo viuens.

Ioānis. 1.

Roma. 13.

Exende manum tuam. O vocem magnificam. O vocem verè generosam: quæ, vt manui salutem daret: à Christi manu sanguinem hausit, & ab eius corpore vitā auulsi. Etenim, vt man⁹ nostra viresceret, manus Christi aruit. Aruit enim tanquam testa virtus mea. Exiens sanguis ex Christi manibus, eas reddidit mortuas: vt in nostras intrans, eas redderet viuas. **I**am igitur manus nostra non sunt aridæ: succum habent, ex sanguine Christi. Operari igitur possunt opera Dei. Si enim sanguinem Dei receperunt, vt viuerent: opera Deo digna operari poterunt. Qualis enim est cuiusque vita, talis etiam erit operatio eius. Si igitur manus nostra, ex Christi sanguine facta est diuina, opera etiam faciet diu-

na. Eam diuinitatem. **S**acramenta Ecclesiastica dignè suscipienti præstare possunt.

Quid verò, si tu eum diuinum rorem in arenam manum excipere reculas? Imò quid si vbi cœlestem sanguinem in manus recepisti, vt operareri cœlestia: aut non operaris, diabolica? Quæ te manet miser pœna?

Attende precor Christi præceptum, extende inquit. Non ad te contrahas: non quæ tua sunt queras, sed quæ Christi. Non te ad posteriora conuertas, sed ad priora te extende. Nam qui malè agit, non se extendit: sed ad posteriora se conuertit. Scito enim eam vim, quam in manu acccepisti, totam velle se extendere: nunquam velle ociari. Ita enim Paulus: charitas Christi vrget nos. Ergo si Pater extendit manum suam dans nobis filium suum. Si filius extendit manum suam, dans nobis sanguinem suum: facitque potentiam in brachio suo: vt nos ^{1. Cori. 15.} Luce. 2. aridos in vitam restitueret, & iacentes exal-

ret: cur nos manum nostram non extendimus. **R**estituta est sicut altera. Altera manus sinistra est. Videre est mundi homines accensos, inflammatos, ardentes: vt res mundi assequantur. Manum hi habent sinistram: vtinam aridam, sed minimè aridam, licet reuera aridam. Id ergo præstat Christus, vt affectu, & ardore, dextra manus tua operetur eterna: quo perditorum sinistra operatur mundana. Id verò est restitui dextram, quod Paulus inquit. Sicut exhibuitis membra vestra seruire iniquitati: ita nunc exhibite seruire iustitiae. Videlicet, vt sicut de liciosus gloriabatur in delicijs: Christianus glosset in tribulationibus, in fame, siti, frigore, nuditate, plagis, carceribus, moribus, &c. Fortior enim est spiritus quām caro: gratia quām natura. Deitas quām humanitas, Christus quā Adam. **C**um verò audis restituta, intellige redditam esse manum illi statuit, qui erat in Paradiſo? Imò forsitan in maiore, vbi enim abundauit delictum super abundauit & gratia. Licet ibi opera sine labore fierent. Nunc, heu, non sine labore & sudore,

Roma. 6.

2. Cori. 12.

Roma. 5.

Roma. 6.

Exeentes autem pharisei.

Non satis putet genuinus sensus huius periodi. Cum enim Mathēus locum citet Isaiæ: no est apertum, quorsum adducat. Hinc ergo libet ordiri. **T**ria suntquæ Dominus in hoc loco peregit. Primum frementes phariseos deseruit. Secundò, sequentes se turbas curauit. Tertiò, cum innumeros languidos sanasset (vnde sibi ingens gloria parabatur) præcepit tamē, ne eum turba manifestarent. Cum ergo, tria hec à Domino facta sint: Primum spectas ad clementiam, secundum ad charitatem, tertium ad humilitatem: consideratè aduertendum est: ad quod horum, locus Isaiæ producatur. Et quidem

dem omnes ferè sancti, ad primam partem, adductum credunt. Ut sensus sit. Dominus non confregit, eos qui maximè confringendi erant: sed solum ab eis recessit. Ego tamè, licet videam adduci ad secundum posse: quia tamen melius, & quadrantiū ad tertium applicari posse video: ideo de tertio explicabo.

¶ Igitur humilis Dominus, & humilitatis exemplum: cum ex innumeris sanitatibus à se factis, non inanem: sed veram gloriam sibi vindicare potuisset: reiecit eam tamen, & ne eum predicarent, precepit. Quod mihi miraculi loco est. Sciebat enim Christus, ex sua manifestatione Patris gloriam, suam exaltationem, & nostram salutem manare: ita tamen amat humilitatem, ut velut omnium oblitus, iubeat se occultari.

Isaie. 66 ¶ Huius tantè humilitatis captus amore Pater, qui se requiescere super humilem professus est: in hæc verba prorupit,

Ioan. 8. **Ecce puer meus.** Ecce seruus humilius meus, qui suam neutiquam gloriam querit, sed Patris, qui eum misit. Ecce ille seruus, qui plenè solus nouit se seruum: qui solus nouit, quanti esset pretij Pater suus: & quā conueniat hominem deiici & humiliari, in conspectu tantè maiestatis: & quā esset humilitas pulcherima virtus. Ecce igitur seruus: qui se verem favebatur, & non hominem. Ecce seruus meus, quia humilius: ideo, quem elegi, & in quo complacitum est mihi.

¶ O igitur mortales, quos placandi Deo cura percellit: enia vobis monstratur, quā placeatis. humiliamini, sub potenti manu Dei. Si enim Christus Deus placet, quia humilius: quomodo vos placere superbi poteris? Hæc vnica via est Deo placendi: si tuam gloriam reiicias, & vniçè Dei gloriam queras.

¶ Quòd verò addit: ponam super eum spiritum meum: & de deitate intelligi potest: quam Pater humanitati communicauit. & de Spiritu sancto, quem effudit super Christum abundè. Porro, quia spiritum suum sanctum in eo posuit: ideo additur: iudicium gentibus proferet. Quis enim alias iudicia cœlestia proferre posset in terra nisi is, qui cum in terra esset, spiritum habebat de cœlo? Quod enim audiuit, & didicit à Patre, id in terra loquutus est. Ea verò sunt iudicia & iustitiæ, quas in terra protulit Christus: quibus homo sit iustus erga Deum, sc. & proximos. Iudicia ergo sunt ista: Exhibe Deo cultum: Tibi puritatem: Proximis charitatem. Hæc sunt iudicia Dei, iustificata in semetipsis. Huc totum Euangelium refertur: quod verè est iudicium, summo Dei iudicio concinnatum. summo iudicio promulgatum. summo iudicio à nobis exigendum. Sed speciatim hoc loco iudicium est:

Cum benefeceris, ne gloriam tuam queras, contentus esto gloria quæ à Deo est. Si gloriam aliam queris, quæ fecisti perdidisti. Si gloriam non queris in terra: habebis in cœlo.

Ioan. 8. 35. id in terra loquutus est. Ea verò sunt iudicia & iustitiæ, quas in terra protulit Christus: quibus homo sit iustus erga Deum, sc. & proximos. Iudicia ergo sunt ista: Exhibe Deo cultum: Tibi puritatem: Proximis charitatem. Hæc sunt iudicia Dei, iustificata in semetipsis. Huc totum Euangelium refertur: quod verè est iudicium, summo Dei iudicio concinnatum. summo iudicio promulgatum. summo iudicio à nobis exigendum. Sed speciatim hoc loco iudicium est:

Cum benefeceris, ne gloriam tuam queras, contentus esto gloria quæ à Deo est. Si gloriam aliam queris, quæ fecisti perdidisti. Si gloriam non queris in terra: habebis in cœlo.

Psal. 18. id in terra loquutus est. Ea verò sunt iudicia & iustitiæ, quas in terra protulit Christus: quibus homo sit iustus erga Deum, sc. & proximos. Iudicia ergo sunt ista: Exhibe Deo cultum: Tibi puritatem: Proximis charitatem. Hæc sunt iudicia Dei, iustificata in semetipsis. Huc totum Euangelium refertur: quod verè est iudicium, summo Dei iudicio concinnatum. summo iudicio promulgatum. summo iudicio à nobis exigendum. Sed speciatim hoc loco iudicium est:

Cum benefeceris, ne gloriam tuam queras, contentus esto gloria quæ à Deo est. Si gloriam aliam queris, quæ fecisti perdidisti. Si gloriam non queris in terra: habebis in cœlo.

¶ Horsum vt arbitror sequentia spectant.

Non *Clamabit, nec audiet aliquis in plateis vocem eius.* Solent enim superbi homines tuba canere ante se: & longas orationes texere in plateis: vt videantur ab hominibus. Vos autem non in plateis clamate. & super primatu ne contendite: aut super primo in mensis accubitu: sit gloria vestra in abscondito: vt Pater qui videt, reddat in publico. ¶ Iam expende & magnifica hunc animum, meruisse, vt in plateis & compitis laudaretur, nec pati vt laudetur. Hoc est diuinitatis ingenium. Quid enim hæc caduca querat eternus? Quod subiungitur.

Calatum *quassatum.* Eius me candelabri commonet: quod in templo semper ardebat: in quo hastilia erant calami, & ardentes lampades, cum lincis mixis: quibus extinctis, certum est, fumum existurum. Liceat ergo mihi, per calatum corpus hominis intelligere. per mixum, siue linum fumigans, animam cum est sine Dei gratia. Pulchra sane comparatio: calami exterius pulchri, interius vacui: ad corpus, quod in externa solum parte habet decorem: in parte vero interiori, non modo vacuitas, sed & abominatio est. Pulchrior est mixus ad animam similitudo. mixus ex se, nullum habet splendorem, nisi aliunde accendatur. Salvator vero corporum, & animarum, corpora languentia & quassata non confringebat, sed sanabat. animas peccatrices, non extinguebat, sed accendebat.

¶ Sed expende quid anima fumigans pariat? Fumum, tetrum, cuius fugiendum, ascendentem tamen in altum. Superbia hæc est in altum ascendens: neminem ita offendens, vt Deum: qui in excelsis est. Anima ergo linum est fumans: quæ alio loco cinis dicitur calens. Homo enim secundum corpus puluis, secundum animum ciniis. Dum enim viuimus est signatum lumen in nobis, & absconditus ignis, qui fumare animam facit. Sed o Dei benignitatem non extinguit fumigans linum: licet eius fumo offendatur vehementissime. neq; confringit calatum quassatum, ad nihil aliud utilem, quam ad perforanda manum eum habentis. Non enim venit perdere, sed seruare quod perierat: Imo vero venit sui corporis contritione, corporis nostri meritam contritionem abolere, & animæ suæ ferè extinctione, (id est, à corpore separatione,) extinctionem animæ nostræ illustrare. Erat enim Ioan. lux quæ illuminat venientes in mundum: & lumen ad reuelationem gentium. & ideo merito gentes in eum sperabunt.

¶ Accenderat Dominus Iudaicum populū, qui coram Deo, die arderet ac nocte. Extinxit ille lumen suum: fumumque proferebat, quem Deus sustinens laborabat. Contendit Christus pro virili fumigantes accendere: illi noluerunt. Cœctas enim contigit Israeli, vt plenitudo gentium intraret, quæ in Christum speraret: & tunc reac-

n v cende

cendetur Israël. Ut enim Gentes nouissime, sa-
etē sunt in Euangelio primē: ita Iudei primi tandem erunt nouissimi.

Donec *eiiciat ad victoriam iudicium.* Id est, do-
nec faciat humiles, & abiectos esse vi-
tores. Nunc enim vieti, & mortificati videntur:
sed hac ratione victoriam parant. Quam
Certè omnium rerum: & nescio an sit contra
Deum ipsum hęc victoria. Ut Jacob luctans cō-
tra Angelum, Deum viciisse visus est: hęres om-
nium, & Dei ipsius factus.

¶ Quod demum addit, in eius nomine gentes spe-
rabunt. Quid ni sperent? Cūm in eius nomine,
ex anima eiificantur dēmonia: & reaccendatur
ignis: ex corpore verò abigitur omnis languor,
& calamus quassatus solidetur.

¶ Iam cum in die iudicij, crux humili videbitur
gloriofa: & humiles videbuntur victores: tunc
calamus quassatus conteretur. & linum fumigās
extinguetur. O rem verè stupendam. Suā Deus
potentiam in calami plenissima contritione mō-
strabit: Fecit inquit potentiam in brachio suo,
dispersit superbos mente cordis sui. Quasi dicat,
offendit potentiam brachij sui, dispersendo par-
tes calami confacti. At Domine contra folium
quod vento rapitur, ostendere vis potentia tuā.
Sed admirabilius est, quod mixum animę nostrę
penitus extinguat. vt videlicet, nulla sit luminis
intellectualis utilitas, nullus ordo, sed sempiter-
nus horror. Quod quæso miserius spectaculum:
quam corpore, & animo perire. Ergo dum vi-
uimus, mali esse promittimur. Iudiciumque Dei
videtur à nobis vinci, & cōculari. Sed post mor-
tem non permittitur calamus quassatus, nec linū
fumigans. quia iam iudicium Dei contra nos vi-
ctoriam obtinuit.

¶ Demum si in ipsum gentes sperabunt, cur di-
uites Christiani sperant in incerto diuinarū suarū?
Cur confidunt homines in pecunie thesau-
ris? Cur ponit homo carnē brachium suum? Imò
verò cur multi ita viuunt ac si Christus nunquā
fuisset? Hoccine est in Christum sperare? At verò
qui sperat in Deo faciat bonitatem. & recedat
ab iniquitate omnis, qui inuocat nomen Do-
mini.

Tunc obesus est ei.

NEcce est duo esse regna: Dei vnum, dēmo-
nis alterum. Dei regnum contendit gloriam
Dei, & commoda nostra. & hoc est huius regni
insigne. Regnum dēmonis huc incubit: vt Deo
gloriam tantopere debitam, & nobis beneficia
collata, & conferenda præripiat. Iam homines
necessario, aut primi sunt regni, aut secundi: nec
enim medium inuenire est. Sed necessario duę
sunt ciuitates Dei prior, dīaboli posterior. vt
sunt duo principes: ita duo regna regnum est
gloriæ gratiæ, iustitiæ, contra regnum, est infer-

ni, irę, & iniquitatis.

¶ Iam res est omnium rerum summa: nosse ad
quod horum regnum Christus spectet. Nam
Pharisæi, ad regnum principis dēmoniorum per-
tinere contendunt. Arbitrabantur illi, ortum es-
se dissidium inter dēmones Palestinię, & dēmo-
nes Iudeę. dēmonesque Palestinię esse valentio-
res. quia Beelzebub esset dēmonum princeps,
qui in Accaron Palestinię ciuitate coleretur. Di- Regū. 1
cebant igitur: Christo, cum Beelzebub Palesti-
no esse concordiam: cuius auxilio dēmones Iu-
deę cum potestate, & violentia eiiciebat.

¶ Contra hanc stultam sententiam Dominus ar-
guit, se non spectare ad regnum diaboli. Primū
que ex eorum opinione, eos cōfutat. Si (inquit)
Dēmones palestinię, & Iudeę dissident: ergo re-
gnum eorum diuisum est. ergo desolatur. Si re-
gnum dēmonis perit: necessario regum Dei suc-
cedit, vt in principio proposuimus. ¶ Sunt in hoc
textu multa notanda, primum: Sciant homines,
aduersari sibi vnum imperatorem: exercitum, &
regnum eius. Deus cū Angelis, & omnibus crea-
turi contredit hominum salutem. contra Lucifer
cum toto suo imperio. O mortales si oculos
apertos haberetis, vt videre liceret, quanto nisu,
quanto apparatu, quot machinis, & Deus ad se
vos aduocare: & dēmon ad suum detestabile im-
perium vos pellicere contendant? Deum immor-
talem: totum cœlum perserpet, totus infernus
tumultuatur: vt vnum miserum hominem in par-
tes suas abducat, at interim ego dormio.

¶ Secundum, quod me in admirationem trahit.
Conuenerunt omnes diaboli cum principe suo,
(iam tum ab initio mundi,) in hominis exitium
& perniciem. Vtque hunc finem assequantur, nul-
la inter eos est facta diuisione, nullum ortum dissi-
dium. Gens illi sunt iniquissima: nullo sunt fœ-
dere colligati. hoc vnum eos in officio deuincit,
vt hominibus noceant: vt Dei gloriam obscurēt.
Nos verò, tot necessitatibus, legibus, natura,
Deo, fide, Christo, Ecclesia deuincti: & vnit:
nunquam non gerimus bella, tanto nostro ma-
lo.

¶ Tertium: Canonizata nobis regula est. Si com-
munitatem cōstare volumus: pacem illa habeat.
Vbi diuisione, ibi desolatio. Hac ratione voluit
Deus in vno corpore vnam, non duas esse ani-
mas. in vna Ecclesia, vnum esse Papam: in vna
communitate, vnu esse caput: at in inferno post
iudicium, (o miseriam,) nulla pax, nullus ordo. Iob. 10.
sed sempiternus diuisionis horror inhabitat.

¶ Quartum: quod est partim doloris, & partim
lætitiae. Lætitia est, quod Christus regnum diabo- Hebræ. 3.
li destruxit, ligauit eum, expoliauit, arma distri- Coloss. 2.
buit. quod deniq; regnū Dei adduxit. Sed triste Luce. 12.
est: qđ regnum diaboli nūc p̄seueret. apud Indos
ille colitur. apud mauros itē. Quin & apud Chri-
stianos iniquitas regnat. Hęc nostra culpa est.
Nā qđ ille debuit fecit. per eū princeps mudi eie-
ctus est foras. corpus peccati crucifixum est. Iob. 12.
Babylon

Apocal. 14 Babylon cecidit: sceptrum exactoris superatum est. De principatibus & potestatis trium phantasmis. Sed nos anathema destruimus, in exitium nostrum redificamus. ¶ Quintum: Quod per Christum regnum Dei in nos peruerterit, euidenter euincit illa Magdalena, Zachei, Mathæi ex innumeris peccatis, ad uitam meliorem conuersio. Et ut de his meminit Euangelium, ita de infinitatem aliis factum fuisse credo.

Sierico Si ego in beelzebub euicio, filii vestri in quo eiiciuntur. Hec est secunda ratio: quam modo intelligas, de ejectione demonum à corporibus: quam faciebat discipuli: sed multo fortius, de ejectione eorum ab animabus. ¶ Addit Dominus. Si in digito Tei euicio dæmonia. Primum quidem videri poterat, leue Deo fuisse, euicere dæmonia. Siquidem digito uno ea reiecit. Et quidem que minuta sunt, digitulo nostro fieri dicimus. Et profectò si ad Dei potestatem id referas: digitulus Dei sat est, ad totum infernum coterendū. ¶ Sed nihilominus, si rem ipsam in se & ad homines spectes: rem grauissimam (dæmones eiecisse) iudicabis. Tantumq; vt sicut digitus ostendit, quod spectatum videri volumus: ita hic digitus ostendat, non nisi Deum, id facinus facere potuisse. Digito ergo Dei, Deum esse monstrante dæmones sunt repulsi. ¶ Et sicut digito facere solemus ea, quæ deliciora sunt: ita Deus hoc digito facit rem penitus delicatissimam. Cùm enim dæmonem ex anima eiicit, diuidit dæmonem ab ea, & eam à corpore. medullas quoque & compagines diuidit. eo vsq; enim verbum Dei velut anceps gladius pertingit.

Hebræ. 4. ¶ Digito Dei: facit in anima ipse Deus tot varietates donorū & virtutum: vt nec vestis Ioseph: neque vestitus reginæ deauratus tam variatus fuerit: nec que Beglel in templo depinxit, adeò pulchra videantur. ¶ Digito Dei, scriptit Deus legem in tabulis Mosaicis: digito suo scribit se ipsum in cordibus nostris. ¶ Demum: cœli sunt opera manuum & digitorum Dei: ita facta, vt corporalis sedes Dei essent. quanto verius erit anima digito Dei facta, vt Sapientia sedes sit spiritualis? Nescio verò quid subole mysterij, quod cœli sint opera digitorum Dei: at anima dæmone pulsata, sit opus digitii Dei. forsitan, quia anima est inextensa.

Cum fortis armatus custodit atrium suum. Hac est tertia ratio: ubi multa spectato. Primum: Diabolum esse fortem, armatum, vigilarem, in atrio. Et quod atrium sit suum. & quod eo possidente, omnia sint in pace. ¶ Fortis est: quia, vt arbitror, Lucifer supremæ Hierarchiæ supremus angelus est. est igitur fortis, & natura sua, & culpa nostra. ¶ Armatus est: technis & artibus suis, longo rerum usu: summo nostri odio, summa eius iniquitate. nos etiam ei arma suppeditamus. ignorantiam nostram, cupiditatem, negligentiam. ¶ Hecarma per Christi passionem sunt illi attenuata & hebetata. Sed hebetata.

heu, nos illa exacuimus. Ligones lanceasq; nostras non in Iudæa, id est, Ecclesia, & in Euangeli: sed in terra Philistinorum reparamus.

¶ Nam quis credat: tantam diaboli diligentiam in custodia atrij sui? Certè qua sollicitudine, circuit leo famescens quem deuoret: ea deuoratum cautè custodit. Sed sat intelligitur quanta sit custodia. Non enim in arca, aut palacio custodit, sed in ventre ubi voravit: vt Ionam in ventre ceti esse fatearis. Notatur hæc custodia in carcere Massases regis Iuda. Et in catenis Petri, cum erat vincetus in carcere.

¶ Porro cùm dicit atrium suum: duo sunt spectanda. Alterum, vitam hanc atrium esse, iustis ad gloriam: & impiis ad pœnam. David de piis inquit: in atris domus Dei nostri florebunt: huberi, & bene patientes erunt. Siquidem vita gratiæ, atrium est vite gloriæ, nihil, nisi portæ apertio deest: vt ex atrio in domum ingrediaris. At contra, vita iniqua atrium est domus inferna: umbra est illius Math. 3. mortis: tenebra est illius noctis: initium est illius doloris. Alterum est: vitam iniquam, atrium esse diaboli. vita mali hominis non Dei, sed diaboli est. Quis hic non suspireret, sortem, hereditatem, domum, & regnum Dei: à Deo creatum, redemptum, omnibus beneficiis exornatum, in partem diaboli transiisse, & dici atrium eius?

¶ Quod verò addit: In pace sunt omnia que possidet: hunc habet sensum: Procurat dæmon, (cū animum nostrum possidet,) omnia pacata reddere, omnem scrupulum, & morsum conscientię (velut latratus canum,) remouere. omnes delicias exhibere. quod captiuam animam securius possideat. In pace ergo sunt omnia. sed ve, quia in pace, est amaritudo amarissima. Vult dæmon vt cantemus hymnum de canticis Sion: sed quomodo cantabimus in terra aliena? Habet tamen adeò obscuratos peccatum oculos nostros, vt eam captiuitatem, pacem putemus, & videamur nobis dies nostros ducere. ¶ Sed non est silentium quod dicit: In pace sunt omnia. Nec enim simplex est eius possessio, cum nos possidet: omnia nostra sua sunt. Ut enim cum Deus inhabitat nos, omnia nostra sua sunt. nec patitur aliquid habere diabolum in nobis: ita cum diaboli sumus: omnia nostra sua sunt. Semel enim occupata nostra voluntate, que arx est totius hominis, reliqua hosti facile subduntur. & ideo forsitan dictum est: qui offenderit in uno, factus est omnium reus. omnia sua habet rea.

¶ Si verò attollere oculos volueris, ad eum rerum statum, in quo Christus mundum reperit: inuenies fortem diabolum, in pace tunc omnia possedisse. Vbiq; tunc adorabatur in Idolis Sathanas. Vbiq; ei victimæ, coronæ, suffimenta offerebatur. Regnabat ille vbiq;: Deo velut in unius Iudeæ angulum relegato. Siquidem imperium Romanum, (cui totus parebat orbis,) diaboli parebat imperio. Igitur fortis armatus pacatè omnia possidebat.

¶ Veni

1. Regu. 13
2. Paral.
Pome. 33.
Astor. 12

Iob. 40.

Math. 4.

Coloss. 2.

ix mafar te.

dolphica
Dannatis
tacuerim
oracula
sorribus
ntra, Roma. 6.

Venit Christus fortior eo. (Solus n. Deus erat naturā fortior diabolo: primo inter creaturas & maximo.) Pugna committi in deserto cœpit. Christo ieiuno per quadraginta dies: sed in Crucē fuit absoluta victoria. Tūc nos dēmoni suba. Etos, à Deo alienatos, iuste captiuos: è Tyranni ferreis catenis violenter eripuit: & in regnum Patris sui transtulit, & abduxit. ¶ Quod verò ait: Ligauit eum intelligentiā propriè non potest, q̄ quod adstricta est nunc diaboli potentia: vt non ita nocere possit, ac solebat. Pauciores siquidem nunc à dæmonē vexantur, quam olim. Imo & cupiditas nostra, quam Paulus veterem hominem nominat, ligata est per gratię vincula. Vetus enim homo noster cū Christo crucifixus est, Et demum, per Christi mortem cuius paratum est remedium contra dæmonem, si Christum invocauerit. Et hoc est ipsum alligasse. ¶ Demum quoddicet: Domū eius diripit, & spolia distribuit: ita intellige. spolia nos sum⁹. hęc spolia à diabolo capta Christus distribuit, cū pontificibus, & principibus homines subdit. Et hoc est quod in Psal. Dicitur: Specieī domus, diuidere spolia, id est. Tunc Ecclesiæ domus speciosa est, cū spolia diabolo erepta diuiduntur inter primos Israëlis. Si-
cut fecit David post Siceleg restitutam.

Psal. 67.

2. Regū 30

Ioan. 18.

Ephes. 2.

Luce. 15.

Rom. 32.

Actor. 4.

Qui non ^{est mecum.} Hęc est quarta ratio: Cuius sensus est: qui non est mecum, id est, qui non est intra me, quique non est membrum meum, hic non est ex regno Dei. Est igitur ex regno diaboli, est ergo contra me. Cū igitur nemo sit cum Christo, & in Christo, nisi per fidem Christi, aperte fit: qui non habet fidem Christi, licet videatur sanctior Christo, contra Christum tamē est. quare ad regnū Christi non spectabit. ¶ Explicatur hęc ratio sic. Qui non colligit mecum, spargit. Vbi nota: munus Christi esse colligere. est enim tota uita Christiana, in id vnu instituta: vt Christianos in vnum amorem colligat: & ita colligatos inter se Deo indubio coniungat. Iuxta illud: oro pater, vt sint vnum in nobis: sicut ego, & tu vnum sumus. Ergo vita Christiana longē dissidentes, vt prop̄ sint adducit, ad amplexus & oscula Dei, puocat, vt membrum corporis sint inuitat. vt vnum cor & vna anima sint efficit. at quam longē sunt hęc à moribus nostris. ¶ Ideo dico vobis. Conatur Dominus terribilissimo eos fulmine terrere, vt vel sic ab infidelitate resiliat. Nihil enim adeò potest esse terrible, quam si dicas: hęc tua culpa remissionem non habet. Id ergo Dominus subdit.

Omne peccatum & blasphemia remittetur, sed spiritus blasphemia non remittetur. Grauissima omniū questionum nos hic torquet, de peccato irremissibili. Vbi ego duo dicā: Primum quod nam sit hoc peccatum. 2. quo modo sit irremissibile. ¶ Ante omnia errant qui dicunt blasphemiam spiritus, esse blasphemiam ex spiritu, affectu, & malitia prolatam. Minimè: Sed blasphemia spiritus, est blasphemia contra spiritum. Vt expressè ex Marco est colligere, dicente: Omnia remittuntur hominibus peccata: quibus blasphemauerint. q̄ autem blasphemauerit in Spiritū sanctum, non habebit remissionem in eternum. Marci. 3.

¶ Rursus blasphemia contra spiritum, ex rigore Euangeli, & strictè loquendo, non est aut finalis impenitentia, aut desperatio, aut presumptio, aut inuidentia, aut impugnatio veritatis. Probatur aperte ex eodem loco Marci. Dicit enim: qui blasphemauerit in spiritum sanctum, non habebit remissionem in eternum: reus est enim eterni delicti. quia dicebant, spiritum immundum habet. Ergo dicere, quod Christus habet spiritū immundum, id vnicum est peccatum contra spiritū sanctum, strictè loquendo. **Omnia reliqua, quæcunque sint, remittuntur hominibus, siue fit desperatio, siue presumptio, siue inuidentia.** ¶ Ergo textus noster duas regulas habet: priorem letam: **Omnia cuiusvis fortis sint peccata remittentur hominibus posteriorem tristem,** quam ita textus dicit: Spiritus, id est, contra spiritum blasphemia, non remittetur: scilicet, si quis dicat, Christū habere immundum spiritum. Et quia res hęc odiosissima est: ampliari nullo modo debet, sed adstringi. ¶ Secundum & grauius dubium, quomodo verum sit: nō remittetur hęc blasphemia? Video rei difficultatem obscurissimam, quoquo versus me cōuenienter, tenebre occurunt & lubricum: Sed tentandum est. Christus Hebræus, hebrorū more loquebatur: & ipse qui considerat scripturas, ad earum normā loquutus est. Venari ergo optet locos in scriptura huic nostro similes, ex quibus veritas eluceat. ¶ In primis habetur Esau nō inuenisse poenitentię locum: etiam si, cum lachrymis quesiuisset. De Saule item dicitur ad Samuelē: quid tuluges Saulem, cum ego reiecerim eū Hebr. 12. De Iuda. Dicitur ad Ieremiā: Si steterint Moses, & Samuel coram me: non est anima mea ad populum istum. Eiice illos à facie mea, & egrediantur. De eodem Iuda dicit Dominus: Non pascam 1. Regū 16. Ierem. 19.

Zach. 14.

vos, quod moritur, moriatur. Virgam meam quę vocatur decus, (id est, Iudam) abscidi, vt irritum facerem fœdus meum, quod percussi cum omnibus populis. En testimonia Sacra. ¶ Iā inquirō: Num Deus ita abscidit Iudam: vt eius culpa es, set necessariō in inferno punienda? Minimè. Nū ita eiecit à facie sua Iudeos, & ita egredi eos iusfit: vt conuerti ad cor non liceret. Aut nunquid peccatum gulę Esau fuit, quo ad culpam, irremissibile. aut etiam à peccato inobedientie, Saul non poterat resilire? Quis hęc credat?

Sensus igitur adductorum locorum est: Peccata dicta Iudeorū Saulis, & Esau cōfuisse irremissibilia, quia decreuerat Deus propter illa peccata, eos a pristino gradu, sede & honore deiicere. Et in eundem nunquam in eternum reuocare. Vt ipsa rerum docuit experientia. ¶ Eodem igitur sensu: propter blasphemiam, quā Iudei dixerunt: Christum habere sordentē spiritum: decreuit

uit Deus, à suo eos gradu, honore, & loco in perpetuum deicere. E ita factum est. Ideo eorum peccatum dicitur irremissibile. ¶ Dices: Cur blasphemiam in se dictam Christus condonat: at in Spiritum sanctum dictam, non item. Respondeo primus, non erat equum: ut agnus tollens peccata mundi, mitis & humilis: aliquid contra se peccatum reseruaret. Ipsaq; peccatorum remissio, aliquid peccatum non remitteret. At secundò, peccatum in spiritu reseruat: ut hac ratione diuinitatem asserat Spiritui sancto, & reverentiam hominum illi procuret. Et tertio: qui Christo Spiritum sanctum concedit: profecto grandem de Christo habet opinionem, propter quam velut meretur, omne conuicium & peccatum: sibi cōdonari. Sed qui Christo Spiritum immundū tribuit summam irrogat & Christo, & Patri, & spiritui iniuriam. Non ergo illi remittatur, id est, sed gradu suo & honore priuabitur.

Aut facite arborem bonam. Hec videri quinta ratio potest. Arbor Christus est. Semē enim est verbum Dei. Hoc iactum in uterum virginis crevit in germen, virgultum, & arborum. Huius arboris corticem homines vident. vim intimam non vident: sed ex fructibus est agnoscenda. Si fructus eius videtis bonos: eā bonitate qua solus Deus bonus est, (opera enim quę facit, nemo facere potest, nisi fuerit Deus cum eo) censete arborē vim habere diuinam. ¶ At cum cōtra, blasphemias proferat os vestrum, planum est: vestra corda peccato abundare. Est igitur in vobis thesaurus malitiae. ¶ Vbiscito: Cor habens gratiam, infinitatem quandam habere honorū: per thesaurum significatam. Contra cor habens peccatum, infinitatem, id est, thesaurum habere malorum. Neque enim nisi infinitas, esse in gratia potest, aut in peccato: quę infinitas sequitur aut premij, aut p̄cēnē. ¶ Non est silendum, quod dicit: Ex verbū tuis iustificaberis, aut condemnaberis. Quid: an non multi dicunt: Domine Domine, qui non iustificantur. An non verū est, factores, & nō auditores iustificados? Respondetur: Qui habet thesaurum gratię bonum: is cautiissimē os suum & verba moderatur. Dixi, inquit, custodiam vias meas, ut nō delinquam in lingua mea. Posui orī meo custodiā. Et rursum: Iustus disponit sermones suos in iudicio: ne in eternū cōmoueat. Id petit quis sanctus esse vult, dicens: Pone Domine nec custodiam orī meo, & ostium circumstantiæ, (id est, circundās,) labia mea. Qui enim nō labitat lingua, hic perfectus est vir. Contra qui nihil verba curat, is malum thesaurum habet. Et qui blasphemat, profectus in malitia est. Igitur homo iustificabitur, si cautelam adhibet lingue suę. Dānabitur verò si sua verba negligit. ¶ Simul memor esto: Non sat esse, ad salutem cor habere bonum: nisi simul verba, cum opus est, adhibueris. Corde enim creditur ad iustitiam. sed oris confessio necessaria est ad salutem. id ergo est, ex verbis iustificaberis. ¶ Memento item:

grandes peccatores, ex verbis sacræ confessionis, (quam auricularem vocant,) iustificari. Dixi, in . Psal. 31. quit ille, aduersum me in iustitiā meam, & tu remisisti impietatem peccati mei. Et Dominus in . Isaie. 43. quit ad peccatorem: Dictu prius ut iustificeris. O rem mirabilem. Dixit David: peccavi Dño, & statim audit. Trāstulit Dñs à te peccatum tuum.

Tunc responderunt.

Ocurrat id primū. Magist. r volumus. O si nutramus quam hęc vox, volumus, à nobis prodiret. O si nunquam volūtas nostra, nostra esset. O si solū vellemus, quod Deus vellet. Hęc nostra voluntas est, quę nos in infernum præcipitat. qui enim non se abnegat, non ibit in cōclum. Quis ferat seruū corā Dño dicere, volo? Si igitur nos seruism⁹, & servi inutiles, si pretio empti: absit, ut quiuis sibi velit quiuis sibi viviat, sed ei qui p̄ nobis mortuus est. ¶ Volumus, & volumus signum.

Et volumus signum de cōclo. & volumus signum de cōclo videre. Utinam vellemus signū conversionis nostræ in anima nostra. Sed expectabit nos hęctes. ¶ Interim grauisse offert dubitatio: Cur Dominus tam acerbè respondit, questioni minimum irrationali. Profectò Deus legem daturus Adę, pri⁹ signa fecit. eduxit enim ex eius latere costam. & ex costa formauit Euā. Initurus fœdus cum Noë, Abraham, Mose, vix signa facta numerare licet. Cū venit Spiritus sanctus, non sine signis legem gratię promulgat. Cur ergo Domini datus daturus legem nouam, acerbè respondet signa patentibus? Profectò credere non continet sine aliquo signo. Quia vt S. Thomas dicit: Cū veritas fidei nequeat ratione naturali probari, necesse est, miraculis p̄betur. Nec n̄ regi⁹ littera Regis esse credūtur nisi signo & sigillo regio munita. at signa, sunt Dei signi⁹. Cur ergo dicit: Ḡn̄ratio prava signū querit. Iā addit: & signū nō dabatur ei. Imo verò datū est ei signū de cōclo: cū tonitruū turbæ audierūt, & dicebant: Angelū esse loquutū. Et cū Solē & Lunam obscuratos dies crucis vident. ¶ Audi obsecro huius nodi solutionem. Voluntas nostra velut fœmina est: quę illi rei nubit, q̄ maximē amat. Quod n̄ amas virtus est. Ex his nuptiis p̄cedūt filii, fructus vētris. Siquidē ex corde exeunt cogitationes, siue bone, siue male.

¶ Iā cū hęc volūtas nostra profecte Deo hęsit: & eū, nullumq; alium maritum amplexa est: nullum signum petit ad credendum. Tot enim signa fere videt in se: ut stultum putet alia procurare. Sentit enim illum vehementē amorem. illos frequētes amplexus, illas supernas dulcedines, illā pacem Dei quę omnem exuperat sensum. His illa signis contenta dicit: Dilectus meus mihi, & ego illi. Signa porrō externa cur querat: cū sciat, eū 1. Petri. 2. quilla videt, non p̄tinus credere: nisi illumine. Nemo n̄ tur, eo lumine admirabili: quo se illustratā cōiectat. cōiectat dixit: quia certò nemo scit dū viuit se in gratia esse, sed id conjecturis assequitur. ¶ Porro

Ioan. 1.

Luce. 8.

Isaie. 52.

Joan. 3.

Sapien. 7.

Math. 7.

Roma. 2.

Psal. 38.

Psal. 111.

Psal. 140.

Jacob. 3.

Roma. 10.

Luce. 9.

Luce. 17.

1. Cor. 6.

2. Cor. 5.

Genes. 2.

Genes. 8.

Actor. 2.

3 Part. q. 43

III. 4.

Iōan. 12.

Luce. 23.

Marci. 7.

Cantic. 2.

1. Petri. 2.

Nemo n̄

scit se esse

in gratia,

Concil.

Trident.

Porro cum animus rebus caducis hæsit, nō sentit illa signa interiora. ideo requirit signa exteriora. Prius ergo necesse est auertisse animum à suo proprio viro, id est, Deo: & cum altero adulterasse, quām signa petantur. Merito igitur Dominus inquit: generatio adultera signum querit. neque enim signum petisset, nisi adultera fuisset. ¶ Ne vero videar gratis ista dixisse, liber à capite orditur. Inquit Dominus: Qui ex Deo est, verba Dei audit. Vos nō auditis, quia ex Deo nō estis. Et item: Si Deus pater vester esset, cognosceretis utique me. quare loquela mea non agnoscit. Et item: Si quis voluerit voluntatem eius facere: agnosceret doctrinam meam, an ex Deo sit. Et Paulus dicit: Signa & miracula p̄ infidelibus esse. Nam p̄ signum exorientis in se lucis habere se credunt. eius scilicet lucis, de qua dictum est: Surge à mortuis & illuminabit te Christus. P̄ signum eius testimonij, quo spiritus testimonium reddit, eos esse filios Dei, se percepisse coniiciunt. Implet Dominus splendoribus piorum animam. P̄ delectantur super Domino: Sustolluntur super altitudines terræ. Quę alia mirabilia querat pius? Planè lex gratię figurata est in lege scripturæ. Quę ergo signa facta sunt in Sina: cum legem dabat Moses: ea ferè sunt in anima, cum eam vivificat Dominus. Et sicut impudens esset Iudeus videns signa corporalia in monte Sina, si non crederet: ita impudens esset anima, eadē signa (licet spiritualia, ac ideo nō euidentia) in se recipiens si credere recusaret. Porro, sicut filii & nepotes Iudaeorum maiorum suorum signis debuerant esse contenti: iuxta illud: Interroga Patres tuos, & dicent tibi: Ita & Christiani inferiores, cōtentī sint signis à suis maioribus in corde perceptis. In qualibet enim Republica, probatas maiorum opiniones minores sequuntur. Sed o si amore langueremus, utique signa non peteremus.

Signum non dabitur ei, nisi signum Ione. Id est Christi crucifixi. Itaq; generatio praue datur signum, quod gentibus est stultitia: Iudeis scandalū: p̄iis vero, verū salutis signū: presentius remedium afferens, quām serpens ille suspensus, à viperis demorsis, afferebat.

¶ Igitur proponitur mortalibus in signum, Christus à Ceto voratus id est, à profundo omnium dolorum: Postea vero resuscitatus. id est, in summo omnium bonorum. Neminem quippe audiūmus, ita profundè humiliatum: nemine item: ita sublimiter exaltatum. Dominus enim eum ad infernum deduxit, & reduxit: vt eum collocaret super omnes principes cœli: quem deiecerat infra omnem puluerem terræ.

¶ Audacter dicam: verū hoc esse signum. Etenim si omnes Iudei, Indi, Barbari virū Christianum, huius crucifixi leges seruantem expenderint, versarint, reuersarint: non poterunt non dicere: eum virum sanctū, & iustum esse, & dignum cui cœlum in p̄emium detur. An non hoc clarū crucifixi signum est? Si ignavia nostra iniquos

nos esse commostrat, non signi, sed nostri miserabilis est culpa. ¶ Sed ne graueris lector mecum rem hanc punctum expendere. In signo Ione plura contigerunt: tempestas maris. Iactatio Ione. 2. preparatio ceti. Deuoratio Ione, eius in ventre clausura. & tercia die vomitio. Nihil horū assertur in signū à Christo, nisi illud, quod Ionas fuit in ceto tribus diebus: atq; ita, quod Christus fuit in corde terre tribus diebus. Cor terre ego infernū ubi erat limbus intelligo. Primò: Utq; magnū signū, quod Dei gloria & celstudo ad locum carceris descenderet. 2. Utique magnum signum, quod ibi conclusit demones: ne adeò ut olim, nobis nocere possint: territos à tanta potētia, exoculatos à tanto lumine. alligauit ergo eos in puteo abyssi: donec tépora Iudicij adueniant: Apocal. 12. Vbi soluētur per tempus & tempora & dimidiū temporis. 3. Utq; magnum signum, quod in inferno Deus suam ostenderit gloriam. Tūc enim infernus paradiſus fuit. 4. Utq; magnum signū quod secum ab eo loco, illustrem nostrorum patrum exercitū abduxit: Si queritis Iudei signa, expectate donec in infernum descendatis: ibi horum signorum celebrem inuenietis memoriā. Hęc sunt signa, quę à Christi anima deitati cōiuncta gesta sunt. ¶ Audi nūc reliqua gesta p̄ corp̄. Voratur Ionas à p̄isce, seruatur in ventre piscis. eiicitur integer prædicatus. prædicat cum tanto profectu. 1. Ita similiter, voratur Christus, nō solus: sed cum omnibus nobis à morte. Siquidem Ibidem, moriente illo, nos omnes mortui sumus. At moriente illo, corpus peccati destructum est: imo & omnia peccata mortua sunt. Ipse enim meruit sua morte omnium peccatorū, & quo ad pœnā, & quo ad culpam: in baptismo condonationem. Magnum hoc signū profecto. 2. Porro quia erat Actor. 2. impossibile corpus Christi à morte detineri: ideo solutis eius vinculis, à morte euomitur integer, etiam cum omnibus nobis. Vt enim cum moriente morimur: ita cum resurgentे resurgimus. An Ephes. 2 non & hoc magnum signum? 3. Quod si cum sur gente surreximus, necessariō fit: vt cum ascendente ascenderimus: & cum sedente à dextris Dei, cōsederimus. Sedet ergo puluis, & cinis ad dexteram maiestatis in excelsis. 4. Hoc signū omnia superat signa. Clam vero apertissimum signū est Christi, quod post eum euomitum prædicatio Euangelij, longè, lateque propagetur: quodque Roma. 10. in omnē terram exeat sonus Christi in suis Apostolis prædicantis: tanto maiore audientium profectu, quām fuit Ione profectus: quāto est maior orbis, vrbe Niniutarum.

¶ Ego quidem arbitror Ionom euomitum, suam Niniuitis prædicasse & iectionem in mare, & euomitatem ē cetu, quām forte testabatur, eorum assertione, qui hominem in mare iactauerant. Idque forsitan Niniuen adeò commouit. Pariter ergo Apostoli Christū ex morte, & se ē peccatis euomitos prædicabant. Idque fuit fulgur & fulmen quod totam terram commouere potuit.

¶ En

Mate. 7. ¶ En signum quod Christus potentibus prestat. quod si cui satis non fuisse videbitur: memor ille sit, Deum Regi Achaz, presenti hostium terrore trementi: signum dedisse Virginis pariture, tanto post tempore futurum. Non enim Deus nostræ morositati, sed rerum veritati respondet. ¶ Et profectò pię generationi signum peteti, signum datur. Ut Gedeoni, ut Zachariæ, ut Sauli cum p̄ius erat. At generationi adulterę signum peteti, signum datur: sed in quo scandalizetur, ei que mensa pponitur: sed in qua illaqueatur & cadat. ¶ Non verò prætereat te illud verbū: Viri Niniuitę surgēt in iudicio. Ex quo planè habetur multis ex Niniuitis saluos fuisse. Alioqui impij non surgunt in iudicio. Si igitur isti surgunt, pij mortui sunt. ¶ Rursus quod ait: Surgent & condemnabunt. nō absurdè forsitan intelligi poterit, quosdam Niniuitas tāto seruore ad Deum conuersos: ut vitę Apostolicę essent quedam figura. Apostolicorum enim hominum est in iudicio reliquos condemnare. vt Theologit tradunt. ¶ Demum non est frigidè legendum verbum illud. Ecce p̄ius quam Iohannes hic. Quasi diceret, Ecce Deus hic. Exulta igitur & lauda habitatio Sion, quia manus, hic, in medio tui. Magnus enim Dominus & laudabilis nimis, Cur ita? Quia hic est, in ciuitate scilicet Dei nostri, in monte sancto eius. Ponite corda vestra in virtute eius, & distribuite domos eius, quia hic est Deus noster in æternum, ipse reget nos in secula. Profectò Deus loco circumscribi non potest, qui ergo est hic, hoc loco circūscritus: Deus homo est.

Mate. 12. Erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Vix persuaderi possum, p̄ cor terræ hoc loco intelligi sepulchrū: Vbi Christus iacuit. Imo forsitan, hic est locus, vnde probatur Infernum Patrum, purgantium, & damnatorum, esse in corde, id est, in medio terræ. Alioqui nullus occurrit locus, vbi cor terræ p̄ sepulchro capiatur. ¶ Sumpto igitur corde terræ pro inferno, grauissimum Patres nostros vexauit dubium: quomodo Christus in inferno, tribus diebus fuerit. Duplex mihi huius nodi explicandi ratio se exhibet. Prior erit, si infernū capias non pro loco illo materiali, sed pro morte. Nā locus est materia inferni: cuius forma mors est. Atqui (apud sapientes) vocabula pro formis capiuntur. Si igitur probauerero, Christum per tres dies, tresq; noctes, in morte fuisse: probauerero etiam, in inferno id est, limbo fuisse. Siquidem ex lege, ante Christum, omnes mortui erant in inferno. At profectò, ex nocte agonie Christi, Christus esse cœpit in morte. Ipso teste, dicēte: Tristis est anima mea, usque ad mortem, id est, iam ex nūc gusto, & sentio morte. Idē dicit: Circundederunt me dolores mortis, & pericula inferni inuenierūt me. Nisi n. potentia Christi, mortem retinuisset, Christus mortuus fuisset. Interim tñ quod erat in corpore: ita mortem sentiebat, ac si moreretur. Erat igitur ex tunc in morte: ac proinde in corde terræ.

Psal. 47.

Cor ferme.

¶ Secunda euadendi ratio est. A tempore quo cœpit pati Christus, cœperunt qui in limbo erat nouum habere refrigerium. Qui verò in Purgatorio: cœperunt nouam pœnatum suarum habere relaxationem. Qui tandem in inferno, nouū sentire dolorem, videntes se ab ea redemptione rejectos. Hæc faciebat anima Christi: quæ secundum effectum in infernum descenderat, ex quo pati cœpit, mox descensura secundum presentiam: cum corpus vitam in Cruce finiret.

¶ Signo Ione adiungit Dominus aduentum reginę Sabeę. vt si virile Niniuitarum opus nos ad virtutem non extimulat, extimulet Reginę facinus. fœmina erat illa, & Regina: ac ideo diues & delicata.

Cum immundus spiritus exierit ab homine. Si spiritus exit: ergo aliquando intrat. Iam cū spiritus sit, magnam habet efficaciam ad compellendos nos. Si enim spiritus ventorum tā est efficax: vt terrā concutiat, & tremere faciat: quid poterit spiritus dæmonum facere? Ad quos ventorum spiritus collati, quid sunt nisi ventus?

¶ Quod si spiritus immundus est: ergo vim habet efficacissimam impellendi ad sordida, & turpia. Quid faciet miser: huic tanto spiritui traditus? Certè traditur in reprobum sensum. &cæt.

¶ Quia verò tenebrosus est hic spiritus: ideo duplexiter exit: vel adueniente luce, vel adueniente fortiore spiritu gratiæ. Primum factum est per legem. Lex enim expulit dæmonem à Iudeis. Secundum fit per Euangeliū. ¶ Expulsus porrò dæmon querit requiem. O miseram superbiam: etiā nunc querit Deus esse. etiam nunc querit collare thronum suum super aquilonem. Et quia Deus requiem habet specialē in quibusdam Angelis, (qui hac ratione throni Dei dicuntur,) habet etiam requiem in animabus humilibus: ita miser ille, cum iam in quibusdam malis spiritibus suorum Angelorū, quiescat: querit in animabus nostris requiem: vt Deus: At nos Christo sudanti requiem dare nolumus. cum sudet ille in requiem nostram. Dæmoni verò rugienti, requiem damus: in exitium nostrum.

¶ Querens dæmon requiem: non inuenit, in arenib; locis. Non enim moratur arentes, & squallidas animas. cupit ille ibi figere solium, vbi fixerat Deus. Deum enim ignominiosè loco mouere, & cum eius ignominia ipse cupit intrare. Non contetus ergo habitate in infidelibus: & iniquis Christianis: reuertar, inquit, ad sanctos vnde exiui. Reuertar in domum meā. ¶ Mentiris superbe: Non est domus illa tua: Dei est, emit eam ille I. Petri. sanguine suo. Ecclesię illa anima est, cuius filia est. Et sui est quisque arbitrij, posuit enim Deus quenq; in manu arbitrij sui. Cur ergo mentiris dicens esse tuam? At non nihil est: cur domū suā dicit: Habet enim in ea fomitę sibi fauentem. habet legem carnis, repugnantem legi mētis: & capiuitatem in lege diaboli. Si hostes nostros in nobis habet, qui arcem ei se datus promittit, quid

quid miraris: si domū dicat suam? Adde: paucos
esse è quibus exierit diabolus, quin aliquid pēsi
mi in eis seminis relinquat: aliquid scilicet vitij
prioris & propētionis iniquē. hac ratione domū
sibi audet vēdicare, quā suo insigniuit chara-
tere. ¶ Redit igitur ad domum, eamq; vacantē,
id est, feriantem & ociosam inuenit. Inuasit vbiq;
hoc malum multos. Putamus sat esse: si peccata
semel confiteamur, deinde viuimus ociosi, & in
vtrāmq; dormimus aurem. At prēsentissimū pe-
riculum est nobis ex ocio. Ociū enim aperit
portas hosti intrare cupienti. Ideo Paulus admo-
net. vt simus sollicitudine non pigri, spū feruētes
Romā 12. Domīo seruientes, orationi instantes. Et alibi:
philip 2. Vestrā salutem cum timore & tremore opera-
Apocal. 2. mini. Et Dominiverbum est: prima opera fac, id
est, non ociosa & ordinis infimi, sed primi.
¶ Vacantem inuenit: ornatam & scopis munda-
tam. Quid? Malum ne est animam ornare, & sco-
pare? An non David dicit: Exercitabar, & scope-
bam spiritum meum? An non reginam (que à
ptal. 44. dextris Regis sedere debet,) ornari oportet va-
rietas? An non & ipse sponsus sponsam suam or-
nat monilibus? Respondeo: Iam nos suo sangu-
inem. undauit & ornauit, iam sumus abluti, sancti-
ficati & iustificati in sanguine Christi. Reliquum
est, si hosti subdi nō volumus: vt quiuis se ipsum
scopet, & ornet. Secundò aduerte: Bonum est or-
natam esse animam, & Tēcōpis tersam: Sed malū
est ornatam & mundatam solum esse, nisi se mū-
det temper & ornet. Non sat est quod præteri-
tum est, nisi & prēsentia adhibeas. Scopabis igitur
te quotidie: dolens quotidianacrimina. orna-
bis te quotidie, quotidie dona Dei augere con-
tendens.

Affumit *septem spiritus*. Vide concordiam
corū in nostrā perniciem. Nē
guiores se. Vide ordines corū in malo, sicut sunt
sanctorū Angelorū ordines in bono. **Et intrantes**.
Quid, non erat qui resisteret? Certè si domus va-
cabit, & dormiebat, meritò non erat q̄ resisteret.
¶ **Fūntz nouissima**. Cur non dixit fūnt principia,
aut media, sed nouissima? Certè quia ex parte ho-
minis sunt nouissima. Si peccasti, quantum ad te
attinet, nouissimus status est damnationis tuæ.
Nisi Deo visum fuerit misericordiā tecū facere,
tu te in infernum, & nouissimum malum conie-
cisti. Quod verò addit p̄ioribꝫ, & aduertē-
dum & dolendum est. Nullum malum prēteritū
equatur, malo peccati: in quod, qui Sanctus fuit,
decidit. Certè nulū malum conferri potest statui
culpe mortalis. Longè verò peius est peccatum
post veniam semel acceptā, quām antea fuerat.
Ecce *mater tua & fratres querentes loqui*. Ne-
mo tam barbarus eit, qui nō querat lo-
qui Christo, id est, cū sua fœlicitate coniungi. Li-
cet enim ignorantes, omnes tamen bonum quæ-
runt. Bonum verò nullū aliud nisi Deus. Porrò
hanc fœlicitatem quidam querū ex genere. Ut
Math 20. Jacobus & Ioannes, qui existimabant regnum

Christi sibi deberi ex consanguinitate. Et Iudei *Ioan. 8.*
putabant iam se regnare, quia filii essent Abrahæ. *1. Corin. 15.*
Contra Grēci fœlices se credunt in sapientia sua. *2. Thess. 4.*
Hos Christus errores relegat dicens: Is fœlix tā-
tum erit, qui voluntatem Patris fecerit. ¶ Est
verò eius volūtas sanctificatio nostra. i. mortifi-
catione carnis, & viuificatio spūs. Porrò nemo vi-
uere in spiritu potest: nisi super quē Christus ma-
num extenderit. Meritò igitur dicit textus: Ex-
tendens manum, in discipulos suos. Nam suscita-
tio peccatoris à mortuis op̄ est dexteræ excelsi:
vita spiritus, est donum eleemosynæ, quam lar-
ga Dñi porrigit manus. sicut claudio porrexit
Petrus. Cœlum vita sancta comparare opus est *Actor. 4.*
man⁹ dextræ q̄ Iacob sup filiū Ioseph collocauit. *Genes. 48.*
¶ At non est explicatu facile, quomodo verū sit:
eum qui voluntatem Patris fecerit, matrem esse
Christi. Sanè fratrem esse Christi, eum qui Patri
obedit: & verū, & apertū est. Sicut. n. Christus ac-
cepit esse diuinū per naturam: ita qui pius est, id
esse accipit, in suo ordine, per gratiam. Quare vt
Filius est filius ex natura: ita quos verbo verita- *Iacob. 1.*
tis genuit Pater, filij sunt ex gratia. Sunt ergo fi-
lij Dei, fratres Christi, heredes Dei, coheredes *Roma. 8.*
Christi & si fœminæ sunt, filias Dei, & Christi so-
rores nominare licet. At esse matres difficile vi-
detur. Sed pius autor Gerson super Canticis.
simplas. 7. dicit: Verbum Dei nasci ex anima san- *Cantic. 5.*
cta. Idem dicit in Iosephina disti. 10. Audacter,
inquit, dicens pia anima potest. Fili⁹ meus es tu, *Psal. 2.*
ego hodie genui te. Sicut Pater De⁹ dicit: Afferit
idem profundę sanctitatis Taulerus, Serm. Do-
minicę, id est, post Natalem. Et Serm. 2. de Circū-
cisione Et Serm. 2. Epiphanię. Sed longè mai-
orem habemus autoritatem Chrysost. & Ambros.
quas adduximus in alio Tomo. Sed vt verum id
sit: quomodo aperietur? Primum non erat diffi-
cile dicere cum August. Et Thoma. Quius Chri-
stianus, quidam Christus est. Qui ergo ex pecca-
tore pium Christianum facit, quendam Christū
generat: & ita est Christi mater. Secundò: quēli-
bet virtus, Christus dicitur, vt Chrysost. dicebat:
Est enim iustitia Christus &cēt. Qui ergo virtu-
tem in se generat Christum generat. Tertiò: Cer-
tum est ex Apostolo Christum viuere in nobis. *Galat. 2.*
viuo inquit ego, sed iam non ego: viuit verò in
me Christus. Vnde peccatores dicuntur Deum in
se occidere, dicēte Apostolo: Spūm nolite extin-
guere. Ut verò Christus dicitur viuere in nobis,
ita & formari, vt Apostolus dixit: Si igitur Chri- *2. Thessal. 5.*
stus dicitur viuere & formari, dicetur etiā gigni.
Iam si Pater eternus desponsatur animę in fide &c
dilectione. Si cā osculatur osculo oris sui, si ruit *Osee. 2.*
in eius amplexus, quid miraris, si generationem
aliis tribuēs sterilis ipse nō fit. fœcūdat igitur ani *Cantic. 1.*
mam. ex hoc partu, quid nasceretur nisi maxima
proles? Sed hæc iudicio doctiorū cēsanda cōmit-
timus. ¶ Vide verò vbi hēc anima peccarit, quo
priuetur filio. imo quē occidat filiū. Vide quem
amittat spōsum & maritū. vide cū quo adulteriū
admittit

- Ioan. 2.** admittit. ¶ Antè quām finiam, libet ei questio-
ni antiquę respondere: quę nam causa Christo
fuerit: vt nunquam de matre honorificè loque-
retur: sed acerbius semper: perindè ac puden-
da mater illi fuisset. In Chana galileæ non ma-
tris nomine, sed mulieris eam dignatus est. Hoc
loco: velut matrem non agnoscit. In cruce nō
Ioānis. 19. dicit, mater, sed mulier ecce filius tuus. Ad hāc
questiōne p̄imū respondeo: Christum v enisse
non soluere legem, sed adimplere. At in lege di-
ctum erat, Christum futurum sacerdōtem se-
cundūm figurā, & ordinē Melchisedec. Vt talis
esset in re Christus, qualis fuerat in vmbra Mel-
Ad Heb. 7. chisedec. Porrò Melchisedec erat sine patre, sine
matre, sine genealogia. Igitur & Christus in
terra hunc ordinem sequutus est: vt patrē, ma-
trem, & genealogiam non agnosceret.
¶ Quin & ipse met, ordinē vitæ Christianę insti-
Luca. 14. tuens, ait. Qui non reliquerit patrem & matrem,
&c. non poterit meus esse discipulus: quid igit-
tur miraris si huius ordinis institutor, ordinem
ipsum exequi ad literā velit? ¶ Rursum Christus
venerat, sanctam ecclesiam sibi in vxorem
copulare. Dictum verò erat, propter vxorem
patrem & matrem reliquendam. Relinquit igit-
tur matrem: ne minus suam sponsam diligere vi-
deri possit. Demum Adam solus potuit sua no-
mina creaturis imponere. At Christ⁹ potuit crea-
toris, & creature p̄tium scire, & nomina po-
nere. Agnoscebat quantus erat Pater suus: cu-
ius p̄tio & amore capt⁹ dicebat: Quid mihi est
in cœlo, & à te quid volui super terram? Nihil er-
go se super terram velle demonstrat: cum dicit,
quę est mater mea, aut fratres. ¶ Sed quid mor-
ror? Hic est Dei mos, prius acerbè loqui, mox
blande mulcere: prius humiliare, mox exaltare.
Psalm. 72. Bonum, inquit ille, quia humiliasti, quia post hu-
miliationem, quid n̄i axaltatio sequetur. Me-
Prouer. 15. liora sunt vulnera diligentis, quām oscula odio
Prouer. 27. habentis. Ergo gloriām p̄cedit humilitas. Vo-
lens ergo Dominus matrem exaltare, eam se-
qui, ei obedire: prius humiliat. Quia non respe-
xit n̄i humilem.

CAPVT. XIII.

In illo die exiens Iesus de.



XIIT IN QVIT Q VI
seminat, id est qui offi-
cium habet seminandi. Et
licet multa Deus habeat
officia: hoc vnum velut
magis dilectum sibi dele-
git: à quo speciale sibi no-
men seminatis assumeret.

Ioannis. 1. Ipse lux est vera, quę illuminat ónē hominē: at
quā ratiōe lucis nomē habet, eadē & seminaris.
Quia seminat illuminādo: & ipsum semelux

est. Imò ipsum seminantis officium, viuificato-
ris mun⁹ est. Faulus enim dicit: exurge qui dor-
mis, surge à mortuis & illuminabit te Christus.
Ergo seminat lucē: illumināsq; vitā tribuit, qua
mortuus viuiscatur. Vita enim erat lux homi-
nū: Si ergo penetras, quantum sit illuminare, &
vivificare: penetrabis etiam quātū sit seminare.
Profectō maius officium est seminatoris, quām
creatoris: quanto maius est esse gratię ex semi-
natione dimanās: quā esse naturę ex creatione
procedēs. ¶ Quōd si admittas, Filium Dei se
seminasse in vtero matris: aut potius seminasse
suam subsistentiam diuinā, in carnē quā assum-
sit: num inuenies officiū aut functionem, tante
potentiae, charitatis, & dignationis: quā sit fun-
ctio seminatoris? Porrò post quā verbū Dei se-
minauit se in humanitatem suam: seminauit etiā
se in Apostolos, & in oēs qui pillos crediderūt:
vt & hī filij Dei essent. Iam intelligis quātē ma-
iestatis functio sit, quōd Deus seminet, & quōd
deitatem seminet.
¶ Ergo vidēs Filius Dei: qui verbū vocis, per
prophetas olim seminabat, semē hoc non retu-
lisce fructū exoptatum: atq; propterea Deum nō
coli, sed ignorari: virtutes iacere, & vicia trium-
phare: cœlum esse clausum, & infernum apertū:
agrū animarum pro fructu reddere spinas & tri-
bulos: ipse per se ipsum decrevit seminare, non
vocem solā sed semetipsum. Exiit ergo qui se-
minat. ¶ Sed num Domine tu solus es qui se-
minas, vt dicas, exiit qui seminat? An non etiā
diabolus, mundus, & caro, seminat? an non etiā
seminat sancti viri: cur dicas, Exiit qui seminat?
ac si vnicus esset qui seminat? Rursum: Si nūquā
non seminares: iustū tibi esset nomen seminato-
ris. At nonnunquā non seminas, sed fructus se-
minis recondis. Ad hoc facile dictu est: Eum re-
ctē seminatoris nomen sibi vendicare, qui eam
functionē & melius, & frequentius, & fructuosi-
us facit. Porrò diabolū mūdū & carnē nō semi-
nare dicas: sed corrūpere potius semē, & destrue-
re. Quōd si sancti seminat, nō ipsi soli sed gratia
Dei cum ipsis. Ipsi enim loquuntur, sed seminator
est qui vim p̄ebet semini, qui vitā p̄ebet terre,
& qui incrementum dat grano nascenti. Quōd si 1. Corin. 3.
aliquando seminare cessat: terra minus semini
idoneę culpa est. Nā seminator vellet seminare
séper: quia oēs homines saluos facere vult semp.
¶ Non me contineo quin illud addam: semina-
re est, iacere sementem in terra, id est, in anima.
Iactum cooperire, in silentio enim & spe est se-
minis fortitudo. Coopertū eget pluia, cœle-
stis auxiliij, vt ē terra prodeat: Natus calamus
flagellatur ventis, aquis, frigore, gelu, caumate.
Inde in aream fertur: teritur, ventilatur. Intelli-
gis iam quid sit ferre fructum in patientia: imo
in multa patientia. ¶ Neque ociosē dicit, se-
mē suum. Fateor, ideo raros parari in Dei Ec-
clesia fructus: quia qui seminant non semē Dei,
sed suum seminant. Non seminatur semē ha-
bens

Ephes. 5.

Ioannis. 1.

Hebre. 1.

Genesis 3..

1Corin. 15.

1. Corin. 3.

Isaie. 30.

1. Time. 2.

bens efficaciam ex' Deo, ex charitate, ex spiritu: sed ex studio, & eloquétia humana. O vtinam prædicatores digni essemus, per quos vt ministros seminaret Christus verbum suum: suo calore feruidum, sua virtute efficax, sua gratia fœcundum. ¶ Quòd si, vt supra dicebamus, Christus seminat vocem exterius, sed se ipsum seminat interius: quantè veritatis erit dicere, semé suum? Imò quantè dignationis, quòd se tantum, seminet in stercore tam vili: Quantí amoris quòd nascatur in nobis, proficiat in nobis, recondatur in nobis: sedebimus enim cù eo in throno eius. Certè si seminator est Deo: & quòd seminatur est Deus, quid nascetur nisi quodammodo Deus? Iam intelligis, quare Christus pluuiam sanguinis sui fudit? Non enim cœlesti semen, nisi cœlesti pluuii merebatur irrigari. ¶ Ex diétis planum est, cur exierit Deus ad seminandum? videlicet exit Deus ad seminandum Deum: sed adhuc non nihil de hac re dicimus eo loco, qui habet aures.

Aliud cecidit secus viam. In quatuor locis semen iactum est: sed in uno profecit solummodo. Et ego arbitror, hos quatuor locos omnes esse intra ecclesiam Dei. Neq; hic esse mentionem de infidelibus, aut hereticis.

¶ Id facile colligitur: primum, quia Dominus dicit, hos omnes audire verbum Dei. At verbum non auditur ferè, nisi intra Ecclesiam: Secundo quia parabola dicta est de his turbis: quæ ad Christum accesserant. Huic explicationi unum illud obfitit: quòd durissimum videatur, ex quatuor Ecclesiæ partibus, unam seruari dūtaxat. Sed forsitan id Dominus voluit admonere, siquidem arcta est via quæ dicit ad vitam: & pauci inueniunt eam. Quòd si etiam infideles comprehendas in parabola: iam non inuenies quartam, imo nec cœtesimam partem esse, eorum qui seruantur. Sua iugis litera fluet, si de fidelibus solum intelligas. Quorum tres pereunt partes. Licet quarta bona tertiæ pars possit multo esse maior, quam quævis reliquarum. Quod vt optare licet: ita nescio an afferere audeam.

¶ Preco te lector aduerte: non dicere textum, aliquid seminis iactum esse in via, sed secus viam. Quòd animaduersè etiam dixit Marcus & Lucas: Nō ergo Deus seminat in via, quis enim sapiens sator, in via seminet? seminat igitur iuxta viam. Porro via est, vita sine Deo: vita Adā terreni: vita carnis & mundi. Hac enim via omnes homines graduntur: nisi Deo reuocentur. Per hanc viam ambulant infideles: Non ergo sermo est in parabola, de infidelibus: hi non seminantur, sunt enim via: sed de fidelibus, qui ex via extra viam à Deo adducti sunt.

Igitur Fideles sunt quadruplices. Piores, qui nihil Dei cultum curant, nihil Deum timent: sed sola fide ab infidelibus distat. Ut rectissime dicantur iuxta viam esse, id est, iuxta infideles, à quibus tam modice distant.

Audient hi quidem verbum: sed non intelligunt. Deus enim huius seculi obcecauit mentes eorum. ¶ Sunt alij: qui Dei quidem culatum curant: sed non intus. Astant templis, altaris, officijsq; diuinis. Nunquam non aliquid orantes obmurmurat. Sed populus hīc labijs honorat: cor longè habeat à Deo. Et ideo cor durum habent: exterius modicam terram habent, sed interius altissimam petram. Ideo in quauis tentatione succumbunt: Si irritantur excandescunt. Si affliguntur despondent animum, si honorantur, attolluntur. Ergo intentione deficiunt.

¶ Sunt tertij, qui toto pectore, & intimis visceribus Deum querunt & amant: in quorum intima, cœlestis mollitudo descendit: sed habent diuitias, quibus se dedunt. Viuunt inter delicias fœminarum, à quibus abducuntur. Nonnū quam etiam, vitæ miserijs & sollicitudinibus premuntur, & ita sensim sanctitatem deserunt. Hi sunt, qui à spinis suffocantur.

¶ Sunt denique quarti, qui toto etiam pectore lumen Dei acceperunt: gratiæ oleum & teneritudinem in intimis possidentes, & omnibus curis reiectis, omnibus concupiscentijs profligatis, omnibus erūnis deuictis, toti intendunt rebus cœlestibus. Hi sunt, qui corde bono & optimo suscipiunt verbum.

¶ In hac porro sorte fœlici, est differentia: quidam enim suam contenti legem seruare, ab omni lethali criminе, pro virili cauent: sed non adeò consilia curant Euangelica. Ferè fide Trinitatis præceptisque decalogi contenti. Quasi tria per decem ducentes, fructum referunt tricelium. Secundi sunt, qui præceptis adiungunt consilia, qui velut duplum ad priores frumentum referentes, sexagesimum ferre dicuntur. Tertij quibus in virtute nihil deest, centesimi sunt. Habes ossa parabolæ, excutiamus eam nūc.

Cecidit secus viam & concultatum est: & vos lucres cœli comedenter illud. Cum primi, quos retulimus, homines audiunt verbum Dei, non intelligunt, imo frequenter rident. Nam de Pharisæis Christum audientibus dicitur: deridebant eum, quia erant auari. Cum ergo aspis surda est, non audiens vocem eam inenantis, tunc aut non audit, aut non intelligit. Cum verò audit & ridet: tunc verè semitem conculcat. Quia verbum, quod super caput statui debuerat, sub pedibus collocatur. Quantè verò id noxæ fuerit, quis nisi Deus estimare nouerit? ¶ Sed non caret magna difficultate: quid sit, volucres cœli (id est demones) sementem conculcatum comedere? Ego arbitrora id ratione dictum: Primum, quia gaudet diabolus, videns verbum rideri & conculari. Et ideo comedere dicitur: Secundò, quia ea ratione fortior, & valentior fit contra eum, qui ita contempsit. Robustior ergo fit, vt qui comedit, contra ieiunium. Tertio, comedere dicitur,

Ephesi.2.

Luce.23.

Math.7.

Corin.11.

I Corin.11.

2.Corin.4

Math.25.

Luce.16.

Psalms.57.

Genes. 40. dicitur, quia in pectore suo seruat, quoties verbum contempsimus, vt in die iudicij acerius accuset. Quartô, memor esto illius Pharaonici pistoris: cuius cibos cum volucres comedissent, Joseph afferuit, id esse suæ damnationis signum. Ergo cum Dominus dicit, volucres cœli comedisse cibum nostrum, aperte indicat, eos esse damnandos, qui verbum ita contempserint.

Ioclis. 2. **Ibidem.** **Isaie. 5.** **Eccli. 3.** **Hebræ. 4.** **Luci. 8.** **Hebræ. 4.** **Psalm. 1.** **Marci. 4.** **Luce. 14.** **Genes. 27.** **Ioannis. 4.** **Roma. 12.** **Cœli. c. 1.**

Cecidit supra petram. His, qui facile recipiunt, sed facilius reiiciunt: qui exteriori sunt teneri, interius lapidei: dicit Deus. Couertimini ad me in toto corde vestro, id est, non in superficie sola. Dicit etiam: scindite corda vestra, & non vestimenta vestra, id est, non sola exteriora. Dicitur etiam, vt lapides feligant è vinea. ¶ Quia, quod natum est & continuò aruit, cui rei, nisi igni, idoneum est? & lapides deorsum in centrum, id est, in infernum gravant, sursum enim sua gravitate ascendere nequeunt. Et denique cor durum male habebit in nouissimo. Demum hi temporales sunt, non cœlestes: non enim qualem habes superficiem iudicat Deus: sed quale cor, cor vero tuum nō est eternitate mollitum.

Cecidit aliud super spinas. Spinas, Marcus vocat erunas huius seculi, deceptione diuitiarum, & circa reliqua concupiscentias. Cōsentit Marco Lucas. Non ergo sole diuinité vocantur spines. Sed ex duplice capite periculum imminet semini: vel ex aduersitatibus, quæ sollicitum hominem reddūt, aut ex prosperitatibus: quæ eum efferrunt. Vtraque enim suffocat verbum, Hę vocantur spines, ex terra maledicēsis. 3. Etione per Adę peccatum subortę. Ante peccatum enim nec erant erunes, nec diuitiarum concupiscentia: omnia enim omnibus fuissent communia: & terra diues diuitem quemlibet, sine inuidia reddidisset. Porrò cordis nostri maledicta terra, sublata originali iustitia, hęc protulit mala germina. Cum vero sermo Dei viuus sit, suffocari potest: quę enim viua sunt, nisi aperto cœlo fruatur, quod in altum se proferre possint, moriuntur. Et equidem, omnes res naturae sunt, vt agant. vbi agere prohibentur, pereunt. Ita verbum in anima agere à natura sua cupit. Si agere vetatur, languet & perit.

Cecidit demum aliud in terram bonam,, & (vt Lucas ait) optimā. Optimū planē est, qđ ab omni malo est alienū: ab omni viliori fēce semotum: à Deo totum penetratū & possessum. At necesse est optimum esse quod diuinum est. ¶ Sed attende. Hoc nomen optimum solius Dei nomen est. Is enim vt solus est maximus: ita solus est optimus. Iam quanta fuit dignatio & charitas Christi, nomen suum cordi nostro cōmunicantis! Maximè cum teste Ieremia prauū sit cor hominis prè omnibus: vide rerum cōmutationem. Pessimum cor, nomen optimi accipit. ¶ Hoc igitur cor verbum recipit, & retinet. Quia meditabitur in lege Domini die ac

nocte. Hoc cordat fructum ascendentem: non recuruum, aut descendenter. Nec solum ascendentem sed & crescentem: vt inquit Marcus. Quę enim diuina sunt ascendunt, & salū in vitam eternam. Et qui in cœlum iterus est, crescat semper: nec cesset vñquam. Ideo dictum est: amice ascende superius. Et rursum, Isaac ibat Luce. 14. & crescens. Tepidus enim euomitur.

Facit fructum tricesimum. In ternario teste Aristotele, est perfectio. At Deus non gaudet, nisi in genere suo perfectis. Iam qui uis nostrum est vnum. Hoc vnum non in se manere, sed fructus debet afferre, & velut multiplicare. Nec sat est si se per binarium multiplicet, id est, per vitam naturalem & rationalem. Ergo necessario, se multiplicet per ternarium, vt supra vitam rationalem, in spiritualem ascēdat. Hoc vero est tricesimum fructum attulisse. Porro per sex dies ad sabbatum veniebant: ita qui per opera sancta ad sabbatum contemplationis accedunt, hi sexagesimum fructum adducunt. Allaturi centesimum, cum in sabbato perfectiois Deo, pro huius vita ratione, fruentur. Ideo Paulus, renouamini in nouitate mentis vestre (vt terra bona essent.) vt probetis quę sit voluntas Dei bona. (hoc est afferre fructum tricesimum.) Beneplacēs (hic est fructus 60.) Et perfecta (hic est 100. fructus.)

Hęc dicens clamabat: qui habet aures audiendi audiat. Torpentes hoc excitat clangore: dormientes, & velut mortuos, hoc exsuscitat tonitruo. Quid super seminis fructu nō clamet? siquidem ex hac fructificatione Dei cultus pēdet. Christus ex fructu honoratur: ex ocio de honestatur: cœlū fructui aperitur, totporti clauditur: anima nostra fructu diues seruatur, fructu vacua dānatur: dēmonis regnum fructu allato langescit: sine fructu triumphat. Fructus os inferni concludit, sterilitas aperit. Super hoc fructu Deus, angeli, cœlum Ecclesia, sacramenta, scripturæ, leges, sacerdotes, reges, mitæ, premia, pœnæ, gloria, tormentum, super hoc vñico versantur cardine. An non æquum est Deum clamare: & clamoribus anxijs rei maiestatem hominibus explicare?

Accedentes discipuli interrogauerunt eum. Docent, quid facere debeat maiores Ecclesię. s. Deum singularem alloqui: & ab eo mylteria discere: quę minoribus cōmunicent. Atqui nescio quando Christus sit singularis, & solus: nisi cum nos per orationem sumus soli, & singulares. Talis enim dicitur Deus, quales nos facit. Videant ergo prædicatores, si orandi vsum habeant: quo singulares ipsi, rebus omnibus creatis reiectis, Deo singulari Cantic. 1. iungantur. In ea enim solitudine dat sponsus vbera sua. ¶ Vobis inquit datum est. Vobis, vide quibus: piscatoribus, pauperibus, ignobilibus, indoctis. Certè datur nosse pauperibus, & paruulis: quod absconditur sapientibus & prudenteribus.

Roma.6. dentibus. **N**ō obse my steria regni. Nec enim vni-
cum est mysterium : Sed sicut ex seminatione
verbi diuini in nostram humanitatem, mysteria
sequita sunt incarnationis, nativitatis, passio-
nis, mortis, & resurrectionis: Ita ex seminatione
verbi in animas nostras, eadem mysteria qua-
dam proportione respondent . Quia Christus
nascēs meruit, vt nasceremur ad nouam vitam.
Moriēs, vt moreremur vītē mortuē. Resurgēs,
vt viueremus in corrupti. Latissimus est cam-
pus hīc. sed hactenus.

Qui habet dabit urei. Mirari non desino : cū
video tantam hominum turbam ad
Christum accedentem, congregatam, audientē,
& ab eius ore pendentem. At, qui inter eos ha-
bet, dabitur ei: qui non habet, auferetur ab eo.
Si igitur accedentes & audientes quia non ha-
bent, priuantur: quid iudicas futurū, de his qui
nec audiunt, nec accedunt?

Sed quia locus hic est vehementer difficilis,
ideo & breuiter & quantum potero dilucidē à
me tractabitur. **Qui habet, dabit urei. Qui non**
habet, quod habet, auferetur. Quid habent discipu-
li, vt eis detur? Quid rursus habent, qui non
habent, vt priuentur? Habent discipuli, & re-
uera habent. Habent etiam reliqui, sed verē nō
habent: ideo priuantur. Igitur discipuli Christi
habent cor non incrassatum: aures non grau-
ter audientes: oculos quos non clauerunt: Hoc
est verē habere. Reliqui habent cor, habent
igitur: sed habent cor incrassatum, non ergo ha-
bent. Siquidem habent à Deo, nō ad Deum. Ha-
bent, sed melius fuisset si non habuissent. Habēt
oculos, sed quos ipsi clauerunt. Habēt igitur, &
non habent. **Audi nunc, omnibus homini-**
bis dedit Deus oculos intellectus, vt viderent.
Aures voluntatis, vt obedirent. Cordis capaci-
tatem, vt amarent. Hæc dona sunt naturalia, sed
his Dominus non contentus, adiecit multo ma-
jora. Dat enim omnibus lumē, quo videant, ea
quæ ad pacem tibi. Est enim lux illuminās om-
nes venientes in hunc mundum: Dat etiam ea
omnia quæ ad salutem sunt necessaria. Omnes
igitur habent tam naturalia, quam supernatu-
ralia dona: Hoc tamen discrimine. Quidā enim
accepto lumine ad Christum accurvunt, & cum
est singularis eum interrogant. His habentibus:
additur. Alij ad lumē visum, claudunt oculos:
his (vt qui oculos clauerunt) & lumē superna-
turale tollitur, & naturale debilitatur.

Quo fit, vt licet prædestinatio, & reproba-
nullis præcedentibus meritis fiat à Deo: at pro-
fecto punitio & glorificatio, non nisi præceden-
tibus aut culpis, aut meritis fit. Sicut etiam &
obstinatio . Sed hoc ad scholas.

Hoc igitur loco ludei, qui vix tribus annis
Christum audierant obstinantur, priuanturq; lu-
ce præbita. o miseros nos, qui nō tribus sed. 30.
annis Christi verba percepimus, & sine fructu.
Cur ergo reprobationem, obstinationem, & dā-

nationem minimè timemus? Illi quidem acce-
debant, currebant, in heremis erant, iuxta mare,
in humenti & sordido loco audiebant, & relin-
quntur. Nos nihil timemus.

¶Iam si obstinationis, & derelictionis damnum,
quantum sit expendis: intelliges contrā, quan-
tum bonum sit: habere aures non crassatas, &
oculos non clausos. Hoc enim bonum, est pi-
gnus hæreditatis ēternæ: & est maximum inter
reliqua dona. Et quia tantum est, vno nomine
nominari non potest. Ideo Dominus dicit: Qui
habet, non addēs quid habeat. Sed dicit, qui ha-
bēt, quasi innuēs: qui habet thesaurum incom-
parabilem: qui habet omnium bonorum fontē
& radicem. **¶**Rursus vt summum malum est sapien.^{7.}
obstinatio & exceccatio, ita beatitudo est, oculos
habere videntes. Cor habere flammis amoris
ignitum: Beati ergo vestri oculi, qui vident, & Luce.^{10.}
cor quod ignibus charitatis ardet. Beatus enim
est quem tu erudieris Domine, & de lege tua do-
cueris. Et beatus qui legit verba prophetæ hu-
iūs, & seruat ea. **¶**Demum quod addit: Multos
prophetas & iustos non vidisse, quæ discipuli viderunt.
Id solum docet: mysteria diuina, nunquam ita
fuisse explicata. Videlicet velo templi sciso:
velamine Mosis ablato. Sigillis libri apertis,^{2. Corin.^{4.}}
propalata sanctorum via.^{Hebre.^{10.}}

Aliam parabolam proposuit.

In his primæ parabolæ est docere: qui sit fons, &
origo bonorum, & malorum: tum quomodo
bona, & mala crescāt: quod demum stipendium
hęc, & illa habitura sunt. **¶**Origo & fons bo-
norum Christus est: nō solū vt Deus, sed etiam
vt homo. Ideo enim dicit: simile est regnū cœ-
lorum homini: qui seminavit, &c. Qui enim ser-
uantur, ex fide in filium hominis seruantur. Ipse
enim est, cuius meritis, salus homini allata est.
Verbum verò Dei mereri salutem nō poterat,
nisi in carne venisset. Fons contra malorum
diabolus est, qui vocatur inimicus homo: vt
enim filius Dei propter amorem Dei factus est
homo: vt homines facti Dij Deum colerent: ita
diabolus ex nimio odio Dei, efficitur vt homo
quotidie: vt filij Dei affecti diaboli, Deum of-
fendant. Ea enim ratione diabolus personam,
mores, affectus humanos assumit: vt seruos Dei
à Deo reuocet. Non enim est nature diaboli a-
mare libidines: vt incubus, & succubus fiat: sed
hos humanos affectus induit ille, vt Deo iniu-
rius sit. **¶**Habet verò verbum Dei homo, mū-
dum hunc, vt agrum. Ager siquidem eō insti-
tuitur, vt inde fructus percipientur. At mundus
hic eō institutus est, vt ex ipso prædestinat de-
cerpantur. Iuxta illud: Omnia vestra sunt: siue mū-
dus, siue mors, siue vita: vos autem Christi, &c. ^{1. Corin.^{3.}}
quasi diceret: Omnia vestri gratia sunt à Deo
creata. Quod & testatur idem Apostolus dicēs:
Omnis creatura adoptionē filiorum Dei ex-
petat. Videlicet: quia omnis creatura ager est, ex
qua

Peccat.

quo adoptio filiorum Dei expectatur. In hoc igitur agro seminat Deus suos electos: quæ seminatio cœpit à primo iusto, & finietur in vltimo mundi. ¶ Superseminat in hoc agro diabolus. Seminatum enim à Deo est: superseminatum à diabolo. Seminatum enim est quod bonū, quod verū, quod antiquū. Quod verò nouū est, id à Deo non est. Noua igitur dogmata, noui mores, superseminati sunt. Iam seminatum est, quod ager fert: superseminatum est omnis excessus: at omnem excessum diabolus tractat: Virtus enim est in medio. Demum seminat Deus legem in cordibus nostris. Cum verò diabolus dicit: Cur prœcepit vobis Deus, ne de ligno paradisi comedederitis? id superseminatum est. Igitur qui legi Dei obedit, seminatus est: qui verò legi repugnat, superseminatus est.

*Genes. 3.**Iohannis. 5.**Ioannis. 12.**2 Cori. 12.**Luce. 20.**Exodi. 12.**Autor. 8.*

¶ Porrò in lege veteri fortè non seminauerat Deus triticum, sed hordeum: ex quo panes hordeacei conficiebantur: quos quinq; libri Moy si representant. Sed in lege gratiæ triticum seminatur. Et quod vehementer mireris: in medio tritici lolium, & zizanum superseminatur. Ut nunquam securi simus, etiam cum feruet spiritus: etiam cum audisti arcana verba quæ non licet homini loqui, etiam tunc seminabat in Paulo angelus Satanæ stimulum carnis.

¶ Quod additur: super seminavit & abiit: hunc habet sensum. Homo rex, postquam seruis suis dedit vineam quam colerent, peregrè profect⁹ est, id est, reliquit, & permisit eos agere, prout vellet: periude illos tractans, ac si non esset. Ita diabolus seminatum zizanum non vrget, non sollicitat: sed relinquit facere quod vult. Quos enim diabolus fallit, principio non torquet, sed mulcet: & velut abies relinquit: ne fortè si initio durum senserint imperium, à tyrano resiliat.

Cum autem creuisset herba, apparuerunt zizania. Huius duplex est sensus: alterum quotidie experimur. Quia cum predicatorum ministerio, incipit aliquis fructus apparere, & velut herba crescere: tunc exoriuntur: qui eam suffocare contendant. Pharao enim non occidebat eos qui nondum editi erant: sed masculos iam natos. Et in actis Apostolorum, cum incipiebant Apostoli herbam videre virentem, statim scandala zizaniorum patiebantur.

¶ Alter germanior sensus erit. Nata iam herba martyrum, confessorum, virginum, doctorum: tunc apparuerunt zizania: imo temporibus nostris nihil nisi zizania videtur. Adeò infelix lolium preualuit. Hinc enim dolor est seruorum Dei: quod in eius agro non vnum aut alterum zizanum, demonstretur: sed quod vniuersa ferè agri species, zizaniorum est. Vidētes sancti angeli infinitum stultorum numerum: cupiūt eos euellere, & dicunt.

Nōne bonum semē seminasti. Unde ergo zizania? Iustissima planè admirandi ratio, Cur sunt tot homines mali? Cur peccant

homines adeò? quid dulce peccatum habet: vt nos ad se ita pelliciat? Si peccatum est, malū est. Si malū, fugiendū igitur: nō amadū. 1. Est. n. volūtas nostra bona, & ad bonū nata. Vnde ergo habet vt malū cupiat? 2. Et si peccatum cōtra Deum est: cur peccāmus, & eū offendim⁹, à quo tot bona quotidie recipimus? Quid. n. cōmeruit ille, vt Iacobi. 3. tot eū iniurijs afficeremus? 3. Et si etiā peccatum cōtra peccatorē est, cur peccat⁹ qui enim diligit iniquitatē, odit animā suam, per peccatum enim mors, & per mortē oēs mortis comites, & consciētę cruciatus. 5. Itmo peccatum est contra totū mundū: qui captiuatur, & diaboli seruituti adigitur, cū ego me peccato subijcio. Sanè homini seruiūt cuncta. Si ergo hō Deo seruit, seruiūt etiā cuncta cū eo. Cōtra sī diabolo seruit, cōgit illi cuncta seruire. Ideo. n. apud Paulū mūdus ingemiscit, quia nūc vanitati seruit. Et apud Petru mūdus est igne cremādus: qui nihil tale cōmeruit. 5. Iā peccatum nos īfernō vēdicat, diabolo subijcit, cur tāto nostro dispēdio zizania sumus? 6. Rursū si peccatum est cōtra rationē, & cōtra naturā hominis rationalis: cur adeò cōtra naturā suā ascēdit impet⁹ fluminis? 7. Annō peccatum est cōtra legē Dei, contrā Euangeliū, cōtra Philosophiā? An non cōtra peccatum oēs clamant? an nō publicus est hominū consensus peccatum esse dānandū, p̄fligādū? cur ergo tā publicē amplecti mur, quod tā publicē dānamus? 8. Cōtra peccatum: est incarnatio Christi, vita, mōrē eius, lex, sacra, mēta, cōlū. Per peccatum Christus cōculcatut: Hebre. 10. spūi gratiæ cōrūmelia fit, vnde ergo zizania? Reētē ergo angeli, vis imus & colligimus ea? Ex quibus verbis, ego mihi facilē colligo: p̄ hos seruos Dei, angelos esse intelligēdos. Primū: quia dicūt, vis imus. Quasi illi essent cū Deo, & nō in agro: essent, s. in cōlō, nō in terra. Secūdu quia dicūt, colligimus ea. Hoc: n. angelus pōt, non hō. Quis enim oēs malos ē vita abducere, nīlī angeli possunt? fateor, vnu aut alterū malū interficit iudex. Sed oēs ex mūdi agro euellere, quis hominū poterit? ¶ Vnde tria colligo. Primū, quāta sit obediētia beatorū, ad diuinā voluntatē. Vis, inquiūt, Nō. n. audēt, vel trāsuersum vnguē velle, aut cogitate: nīlī qđ scīt Deū velle. Secūdu, quāta sit eorū facilitas. Nō dicit: vis ibimus, sed vis imus. Quod. n. nobis sunt lōga temporū spacia, illis est instās, & momentū. Tertiū: quāta sit eorū potestas. Ita. n. possunt nōs occidere, vt agricola lolium eradicare. Lege historiā Ioh, videbis quid illi possint. Huic angelorū tam iusto zelo respondet Dominus.

Non, ne forte eradicetis triticū simul. Gratias igitur bonis agant mali, bonorū siquidem gratia, angeli non eradicat malos. Cur ergo cōtra bonos mali desequiūt? cōtra vitę redēptores: contra suę vitę obsides & pignora? Si Sodomis aliqui boni fuissent, mali destruci non fuissent. Et propter humiles, subsistunt reges. Nam cum nullus fuerit eradicādus bonus, colligetur mali. Geues. 18. o iij ¶ Duplex

Exo di. 23.

s. Corf. 5.

Timo. 1.

Roma. 13.

Genes. 18.

z. Ioan. 3.

Philip. 3.

Iob. 14.

Math. 3.

¶ Duplex hic oritur quæstio. Prior: quomodo eradicantur boni, si colliguntur mali? Respôdet Dominus: Non ejciam Chanancum, & Etheum à facietua, anno vno: ne terra in solitudinem redigatur: & crescant contra te bestię. Certè si nullus esset malus: iam terra non dedisset bonis redditus suos, & bestię bonos deuorassent. Rursum respondet Paulus: Si omnes mali essent fugiendi, debebamus de mundo exisse. Iterum ipse respondet: Non est Paulus malus collectus: vt in me (inquit) primò ostēderet Christus I E S V S omnem patientiam, ad informationem eorum, qui in illum credituri sunt. Sanè si mali fuissent statim collecti, Dauidem non haberemus, nec Petrum, nec Magdalenam. Imo nullus fuisset homo: si Adam vt peccauit, periret.

¶ Altera quæstio est hereticorum: qui ex hoc loco credunt vitam suam egregiè propugnari. Si Dominus (inquiunt) iubet zizania tolerari: cur hereticici comburūtur? Sed responsio est: Angeli vetantur omnes malos perdere: non vetatur iudex hereticum interficere. Neq; enim sine causa gladium portat. Rursum vetatur Angeli colligere malos, quando eradicandus est bonus. At si bonus non eradicatur: hereticus comburatur. Sublato enim Loth de medio Sodomorum, angeli eos ignibus tradunt.

Vide soto ¶ Tunc dicā me soribus, colligite primum zizania, & alligate ea. Triticum autem congregate in borreum meum. Conueniebat locus hic, illi opinioni, quę astruit: vbi per angelos, mali fuerint collecti: bonos nō morituros, sed in cœlum congregandos. Sed quia hęc sententia nō probatur sanctis: dicendum primo, ex hoc loco nō probari, pios non morituros. Sed solum non colligendos, vt alligentur. Colligentur: sed nō vt scandala colligentur, vt eorum mors non mors sit dicenda, sed vita. Secundo, sancti potius dicuntur congregari, quam colligi. Illud. n. volentium est: hoc est iniquitorum. At sancti non inuiti adunabuntur, nec inuiti, ex vita ista discedent. ¶ Tunc fulgebunt iusti sicut sol, quantum ad corpus. Quia quantū ad animam, nulla esse comparatio potest: nisi illa Ioannis: Similes erimus: vt enim Deus continet omnia: scientiā, bonitatem, voluptatem, diuitias, & omne denique bonum: ita & anima nostra: suo tamen modo. Corpus verò eam habebit super omnia corpora celsitudinem, & eminentiam: quam nunc sol habet super omnia reliqua. Vide qualis erit anima: siquidem ex eius redundantia, tale redditur corpus. Sed nihil mirum: si habebunt sancti corpus, cōfiguratum corpori claritatis Christi. ¶ Ligantur verò mali in fasciculos: vbi nullus erit regum, aut seruorum ordo: sed eorum confusio, & horror sempiternus. Porrò mittuntur in caminum: & vt vehemens ignis depascitur, & deuorat paleas injectas: ita vehementissimus inferni caminus: Ibi erit fletus, & stridor dentiū. Sicut fœbricitantes fœbrim patiuntur simul &

frigus. Ut enim beatitudo cœlestis est simul omnia bona: ita & infernus est simul omnia mala. Est simul ergo ignis vehemens, & frigus vehemens. Frigus est nimium, & calor est nimius, Iob. 24. IN SECUND A parabola prophetat Dominus de cremento, & altitudine Ecclesię suę: confertq; Christianos suos grano synapis. Nos igitur granum synapis sumus. Non dicit grana: sed granum. Quia licet plures sumus: est tamen nobis cor vnum, & anima vna. Vnus est nobis Deus, vna fides, vnum baptisma. Et speciatim calor charitatis, seu Spiritus sancti, qui granum Ephesi. 4. eliās mortuum in naturam synapis vertit: hic calor vnum est. Et ideo sicut vnum spiritus vitalis, multa membra cogit in vnum: ita multo vehementius calor spiritus multa grana, reddit in vnu. ¶ Dicitur hoc granum synapis minimum. Quia electi Dei, qui synapis sunt: altitudinem terram fugiunt. Profundam humilitatem amplectuntur. Et hęc est virtus huius synapis: honores fugere, vilitatē amare. Ideo enim dictū est, nisi efficiamini sicut parvuli, nō intrabitis in regnum. Quia parvuli nihil morantur humanas celsitudines. Profecto nihil vilius mortuo. At sy napis calor facit electos, vt mortui sint mundo: Róma 8. imo vt ipsi seipso quotidie morriscent. Quid Psalm. 43. minus est stercore: at ipsi facti sunt vt stercora, & mundi peripsema. Quid minus est cruce: sed 1. Corin. 4. hi nihil aliud sciunt quam crucifixum, nec nisi 1. Gorin. 2. Galat. 6. in cruce gloriantur. Recte ergo Dominus eos vocat minimos suos: cum dicit, Quod vni ex his minimis fecisti, mihi fecisti. Quia etiam Christus se, vt minimū reputauit: imo vt verme, &c. Psalm. 21. ¶ Sed attende quo tandem hęc ecclesia minorum crevit, quo se extulit. Si eius culmē s. Christum spectas, ad Dei equalitatē ascēdit. Humiliauit se germē hoc, usque ad mortē: sed exaltatū est eius nomen, super omne nomē. Si alterū ramū, seu virgam de radice Iesse consideraueris, s. virginē sacram, exaltatam inuenies super choros angelorum: Inuenies reginā sedentem à dextris Dei Psalm. 44 in vestitu de aurato: inuenies mulierē amictam Deo, & omne vertibile sub pedibus ei⁹. Cur ita? Apocal. 22 quia granū minimū fuit: cuius humilitatē amat & respexit Dñs. Alij rami fuerunt Apostoli, Luce. 1. adeo excelsi: vt spectaculum facti sint mundo, & angelis. Et quia Apostoli, & alij sancti, aut exaltati sunt super angelos: aut inter eos collocati, ideo angelici volucres dicūtur, in his ramis qui escere, & gaudere. ¶ Sed non caret mysterio quod Marcus habet: volucres quievisse sub istorum ramorum umbra. Quod ego sic intelligo: sancti angeli laborauerunt olim, & portauerūt pondus diei: contēdentes si possent, Deo homines offerre. Laborabatq; velut solēt qui sub cœstu fodunt, aut metunt. Cum autem viderent per apostolicum laborem homines ad Deum converti, cessarunt illi à suo tāto labore, vt qui tam potentes haberent adiutores: velut qui quiescentes sub umbra Apostolica: velut qui refrigerium laboris

Ephes. 1. boris sui inuenissent. Significatum etiam est, angelos p̄dere ex umbra & fauore Christi, & virginis sacræ. Est enim Christus caput, super omnes angelos, super omnem potestatem & virtutem. Et fauore virginis arbitror, sua vota angelos assequi.

Dicēte Ber- IN TERTIA PARABOLA nisi fal-
tar. volu-
tas Dei est,
totum nos habere per lor cōtendit Dominus ostendere usq; ad quod
Mariā, in tempus, sua sit ecclesia duratura. Vocavit nos
sermo. de omnes farinam: ut enim farina fit, ex circū actu
Natiui. molæ superioris, mola inferiori quieta ita nos
omnes gignimur, ex circūvolutione cœli, terra
tamē immota manente. Apostolos vocavit fermentum: erant, & ipsi planè farina: erant enim homines sicut & reliqui, sicut fermentum erat farina prius. Sed quia Spiritum sanctum acceperunt, acceperunt et am vitam, a corem, attollentiam: ideo fermentum dicti sunt. Eadem sanē ratione, qua sal dicti sunt. Hic notare mysterium libet. Iubet Moyses Iudeis: vt portent farinam, antequam fermentetur. Quo significabatur legē veterem fermentare non potuisse. Si enim fermentum fit à spiritu: & hic spiritus nondum erat datus, quia Iesus non erat glorificatus: sic planè: vt ante spiritus missionem, fermentum nō fuerit. Ideo Iudei azimis panibus, in festis suis vtūtūr. Vt pote qui fermento carebant.

Math. 5. ¶ Mulier vero Euangelica: vt quę spiritum habet, fermentum haber Nescio vero quam dicam **Exod. 12.** hanc Euangelicam mulierē, nisi sacram Christi Ioānis. 7. humanitatem: quę nos summis doloribus peperit, & summo matris amore diligit, neq; obliuisci potest infantis, quę vlnis gerit. ¶ Hęc est, Exod. 13. quę fermentum abscondit. Eius enim meritis 23 sancti fermentum habent. Et rursum abscondit: quia spiritus hic absconditus est, velut thesaurus in vasis fictilibus. Et velut lampas in Gēdonīa lagena. Nihil vita Christiana habet ostentationis, nihil fumi. Totus eius decor est ab intus, licet non adeo latēre possit: quin simbrias habeat aureas. Demum abscondit: quia in viliis est, pauperibus, contemptilibus: & ijs qui non sunt: in mortificatis, in his qui in solitudinibus errant, in speluncis & caueris terrę. In gente dilacerata & egena: sed hęc est quę relinquitur Sophon. 3. in medio terrę. In hac gente abscondit fermentum, ab illa fœmina nobili: quę facta est, vt nauis institoris, de longe, id est, de cœlo portas panē suum, id est, diuitias regni non alieni, sed sui.

¶ Res verò est vehementer difficultilis, quid sibi ve lit: Abscondit in farinę satis tribus? Et quidem iuxta Hieronymum: satum cōtinet modium & dimidium. Vnde tria sata, efficiunt nouem semi modios, non verò nouem modios integros. Ex quo mysterij celitudo prospicitur. Nouem fuerunt chori angelorum. Ex quibus cum tertia pars ceciderit, qui quis chorus ferè dimidiatus est. Atq; ideo nouem ferè semi modij angelorum remanserunt. Quare per nouem hominum semi modios, id est, per tria sata, sunt reparandi.

Hac igitur ratione spiritus diuinus fermentat tria sata, id est, nouem dimidios modios: vt per hos nouem, angelorum ferè dimidiati ordines restaurentur. ¶ Donec fermentetur totum. Significatur, tam diu duraturam Euangelicam prædicationem: quādiu per vniuersum orbem, Euangelium promulgetur. Prædicabitur Euangelium Mathe. 24. regni in vniuerso orbe. Et tunc finis: sed nō est silendum quod dicit, donec fermentetur totum, id est donec in vnum Deum, vnumq; sp̄itū omnes conuertantur per gratiam: vt sit Deus omnia in omnibus. Coloss. 3.

Simile est regnum cœlorum.

Vldeo has Domini parabolas facile de sanctis, qui sunt regnum cœlorum, intelligi posse. Nā & Ecclesia cum meminit de virginibus, has parabolas canit. Libet tamen aliorum sensum deflectere.

Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro. Supra Dominus per agrū explicauit mundum. Porro regnum cœlorum, in futuro est visio Dei: in presenti verò, est cognoscere Deum, & quem misit ille Iesum Christum. Ioannis. 17. Hanc enim ipse Christus vocavit vitam eternā. Et hęc est sapientia tantopere in Frouerbijs, in sapientia, & in Ecclesiastico laudata. Hanc salomonē vocavit thesaurum infinitum: quo qui vni sunt, facti sunt participes amicitiae Dei: propter disciplinę dona cōmendati. Imō neminem diligit Deus, nisi in quo sapientia inhabitat. Hęc Eodem. est sapientia, quam non vincit malicia. Hęc igitur est regnum cœlorum: quam sancti scientiā iustorum, Theologi verò fidē viuam, ieu charitatē formatam appellant. Hęc est fides, viuo illo, & feruenti spiritu illustrata: quę nemo novit, nisi qui accepit. ¶ Hic est thesaurus in huīus mundi agro absconditus. Sanē thesaurus, maior omnibus diuitijs. In cuius comparatione aurum est arena exigua: argentum est, luteum, salus & species contēnendę illi sapientię collatę. Planē quia veniunt omnia bona cum illa, & innumerabilis honestas per manus eius. Qua ratione non dixit Christus, simile est regnum cœlorum thesauro, auri, argenti, frumenti, hordij, aut mellis: vt apud Jeremiam est. Sed simile est regnum cœlorum thesauro vniuersali: thesauro omnium bonorum. Ut enim cœlum inter corpora continet perfectiones omnium corporū: ita & hęc sapientia inter dona Dei, continet omnes diuitias. Quod euidenter afferit Christus cum dicit, eam esse regnum cœlorum. Planē regnum est quod bonis omnibus abundat: & abundat maximē si regnum cœlorum est. Quid ergo non habet thesaurus, qui regnum est, & regnum cœli, & regnum omnium cœlorum. ¶ Hęc ergo fides feruens spiritu, nō modo abscondita est. Quia abscondit ferunt sapientibus & prudentibus: & reuelatur parvulis. Recte Isaías. Math. 11. o iiiij Domine,

- Isaie. 52.** Domine, quis credit auditui nostro, & brachium
1. Cori. 1. Domini cui reuelatum est: Profectò hęc sapien-
Eccles. 1. tia virtus Dei est, ijs qui seruantur: est verō scá-
Isaie. 45. dalum & stultitia, his qui pereunt. Cum autem
2. Corin. 2. sit pereuntium infinitus numerus, apertè fit: eā
2. Corn. 4. sapientiam absconditam esse, cum tam paucis
Hebre. 13. sit manifesta. Christus est Deus absconditus: sed
3. Regū 19. nihilominus est Deus Israēl saluator: ita pīj ho-
Genesis. 3. mines, in quibus sapientia ista moratur, dij sunt
Cantic. 7. absconditi: sed ijdem soli sunt qui saluantur.
Hebre. 12. Absconditi sunt ab oculis insanientium: quia
inf. 329. oculi mortales, veteres, terreni, non vident no-
cōm. 2. ua, diuina & eterna. Non igitur pīj intrinsecus à
secularibus videntur: at spectaculum sunt Deo,
& angelis. ¶ Abscondita est hęc sapientia in
agro. Non dixit, in ciuitate, aut domo. Nec di-
xit, absconsim in cōelo: sed in agro. Ut indica-
ret, egrediendum nobis esse è domo, & ex vr-
be, & vbi egressi sumus agendum aliquid esse, &
laborandum: spem fore: ut ita laborantibus
thesaurus facile appareat: vt qui in terra lateat,
non verō in cōelo. Christus extra portam, &
cum labore passus est. Egrediamur & nos ad
eum, eius improprium portantes. Ager quietus
est ab urbano tumultu. Et Deus gaudet nō
in cōmotione: aut turbine: sed in sibilo aure te-
nus. Qui vult Deum cognoscere, cognoscet
deambulantem ad auram post meridiem. Ad au-
ram inquit, non ad cōmotiones tempestatum.
Cantic. 7. Egrediamur ergo ad agrum, & cōmoremur in
villis. Planè cognosci Deus in vrbe potest. Sed
nescio quid ager habet, quo affectus ad Deum
pellicitur & invitatur. Forsan causa est, quia
minora fiunt in eo peccata: ideo maiora Deus
in eo auxilia prēstat. Certè sanguis Christi, qui
pro nobis clamat melius quam Abel, in agro fu-
sus est. Ergo, si vis sapientiam inuenire, ani-
mum habe à curis vrbis vacantem, à peccatis vr-
banis alienum. Viue ea simplicitate, & purita-
te qua agrestes viuere solent. Id verō est in a-
grumi exire.
Quem qui inuenit homo. Ut thesauri inuē-
tio à fortuna est: ita & huius sapiē-
tiæ, fideique viuentis inuentio à divina fortuna
est. Non est volentis, aut currentis: sed Dei mi-
serentis. Non est ex nobis, donum Dei est: ne
quis glorietur. Inuentus, inquit, sum à non in-
quiritibus me. Non enim nos eligim⁹ Deum, sed pse eligit nos. Meritò Deus dicit: qui non
habe is argentum, properate, emite, absque ar-
gento & vlla cōmutatione. Cur verō dicit, Quē
qui inuenit homo, statim dicam. ¶ Abscondit.
Erat thesaurus absconditus, & qui inuenit, cū
magis abscondit. Videbis hominem, quem Dei
gratia illustravit, & è peccatis ad vitę melioris
frugem vocavit, flentem, tristem: delicias, di-
uicias, & honores contēnentem, abscondentem
se, secreta & abscondita querentem, raro loquen-
tem, sape tacentem: nihil clamantem, nihil
ostentantem. An non vides quam suum the-
saurum abscondat? Certè cum iste peccabat, ro-
tus exterius viuebat: at nunc totus latet, interius Dei in se gratiam miratur. Interius vocem
Dei, dicentem: Adam Adam vbi es, auscultare Genesis. 2.
sibi videtur. Interius lucem nouam: quā di-
cum est, fiat in hoc homine lux, spectare con-
tendit. Interius demum Deum in se habitantem Genesis. 2.
adorate desiderat. Totus hic interior homo est: 1. Corin. 3.
an non hic planè abscondit se se?
¶ Hinc intelligis, quare dictum sit: Quem qui
inuenit homo. Prius enim hic erat iumentum, Psalm. 77.
& non ex sapientibus: comparatus liquidè erat
iumentis insipientibus. Prius erat caro, & ideo
puluis & cinis. Prius etat peccator, & ideo dia- Genesis. 18.
bolus erat: at nunc incipit secundum animam
viuere, secundum rationem agere. Incipit igitur
esse homo. Imò, quia Christus est Deus
homo: cū hic incipiat esse Christi viuum mem- Galat. 3.
brum, incipit esse quidam Christus homo: vt sit
postea vnum secundum gratiam cum Christo
Deo. Abscondit igitur.
Et præ gaudio illius. Sanè, prius est dolor
de peccatis commissis: sed commis-
cetur huic dolori gaudium de thesauro reperto.
Nescio quid sit dolor illę gaudiū est. Lachrymę
illę delectat: lachrymę sunt panes, illi qui flent.
Lachrymę sunt, sed quę aridam animę faciem
irrigant & pulchram reddunt. Lachrymę sunt,
sed quales exire amantibus solēt: cum diu opta-
tam rem casu inueniunt. Igitur qui vocatus est
à Deo in meliorem vitam, licet doleat de cul-
pis prēteritis, habet tamen gaudium de thesau-
rio prēsenti. Et gaudium illud plenum est: quia Ioannis. 13.
est iustitia, & pax & gaudium, non quodcumq.,
sed in Spiritu sancto: Lētantur mali in rebus Roma. 13.
pessimis: lētantur in carne, repugnante spiritu.
Contra lētantur, qui inueniunt thesaurum, in Prover. 2.
spiritu, licet forsitan carne dolente. Sed quo ma-
ior est spiritus carne, eo maior est eius lētitia,
quam carnis. Ideo dictum est: non est pax in do- Isaie. 48.
mo impij. At in domo filij prodigi à Patre sus-
cepti, auditur vox tympani, & symphonia. Gau- Luce. 13.
dium est ex conuiuio vituli saginati: gaudium
ex stola priori recepta. Et quis non gaudeat Roma. 8.
inter patris amplexus, & oscula? Quis non ga-
udeat dum se audire coniectat, vocē spiritus, qui Titum. 2.
testimonium ei reddit quod filij sumus: quod
q: expectamus beatam illam spem.
¶ Igitur præ gaudio illius sapientiae inuentæ
vadit: qui prius sedebat in tenebris & umbra Math. 4.
mortis: qui prius sedebat sola ciuitas, licet ple- Threno. 1.
na populo. Qui prius sedebat, & ideo necesse Ephesio. 4.
fuit surgere, vt illuminaretur à Christo. Nam Luce. 13.
filius ille prodigus sedebat: Ideo enim dixit:
surgam & ibo ad patrem meum. Qui enim se-
quitur Christum, non sedet: sed sicut filius lu- Ephesio. 5.
cis ambulat. Et Dominus de se dicit: Filius
quidem hominis vadit: & sicut filius hominis
iuit, in crucem, & per eam in vitam: ita & vo- Luce. 22.
catus à Deo vadit ad crucem. Vadit enim
vendere

Psalm. 137. vendere se & omnia. Hæc crux est: sed peream vita. Habes igitur in hoc verbo, vadit, quam nō quiescat nec det somnum oculis suis, vir qui sanctus esse vult.

Luce. 14. **Roma. 8.** **Sapien. 7.** **1.Corin. 3.** **2.Corin. 6.** **Iosu. 1.** ¶ Vadit, inquit, & vendit omnia quæ habet. Ex quo statuitur dogma theologorum, Eum qui in gratia esse vult, debere Deum omnibus rebus præponere. Id enim est vendere omnia, id est, statuere prius omnia reiicere: quām Deum in posterum offendere. Hæc enim est vita Christiana. Hoc est omnibus renuntiare: vt neque praesentia, neque futura, neque gloriam ipsam velit: nisi ex Dei voluntate. Et hoc est verbum Salomonis. præposui illam regnis & sedibus: super salutem & speciem dilexi eam. In quibus verbis Sapientiam omnibus præposituit.

¶ Vendit omnia & emit agrum. Dices, si ager est mundus, num iste emit mundum? Ita plane, teste Paulo: Omnia vestra sunt, vos Dei. & iterum: Nihil habentes: vt qui vendidistis omnia: sed omnia possidentes, vt qui emistis omnia. Et Deus: quicquid calcauerit pes vester, (envenire omnia) vestrum erit. (en emere omnia.) Id sibi persuadeat, qui Deo seruire ex animo cupit: suum esse mundum, & omnia. quid enim non habet, qui habentem omnia habet? Exemplum habes ad manum. Sub viris sanctis reges sunt, & principes: sanè quia habent illi omnia.

SECUNDA PARABOLA.

Prover. 30. **Eccles. 1.** **Math. 21.** **Tremo. 1.** **Jerem. 2.** **Luce. 10.** **Actoru. 4.** **Genes. 1.** **Luce. 10.** **Galat. 5.** **Roma. 8.** Simile est regnum cœlorum homini negotiatori.

Ex se, homo negotiator est. vt cui nihil sat sit. Habet enim duas sanguisugas quæ semper dicunt: affer, affer, id est, habet cognitionem, & amorem: qui nunquam visu satiantur, neque auditu. Ideo animam nostram, (quæ Dei domus est,) negociationis domum, & speluncam latronum facimus. Ideò animam nostram Deo solam, populo implemus. Ideo animam nostram, sub omni ligno frondoso prostibulum facimus: quando ad omnes honores, ad omnes delicias, statim in ardescimus, & eorum desiderio subiugamur. Ideo pisces sumus in aqua, vt nunquam quieti: semper negotiosi, super re nihili. Sumus ergo negotiatores & querimus bonas margaritas. Semper enim voluntas nostra querit quod bonum est. nihil sub ratione mali, aut cupit, aut cupere potest. At cum querat multa, & turbetur erga multa: porrò vnum est necessarium. Neque enim est salus, nisi in uno. Evidem margarita est scientia, est item & honor, est prudentia: & denique cuncta, quæ fecit Deus, scit bona, & valde bona: ideo sunt margaritæ. Sed inter hæc, illud vnum est necessarium: Fides per dilectionem operans. Spū feruere, spiritu facta carnis mortificare. Hac feruenda fide inuenta omnia venduntur: quia hoc ipsum inuenire, est omnia reliqua perdidisse. Por-

rò licet omnia huius seculi bona, valde bona sint: sed speciatim scientię, & virtutes sunt margaritæ bona. At inter has bonas margaritas pretiosissima, est fides hæc viua & feraens. Quod si nō credis: vide quid Christus dederit vt hanc non sibi, sed nobis compararet. Certè sanguinem & vitam pretij infiniti, vt eam nobis emeret, expendit. Merito igitur Paulus: Non abiicio gratiam istam. Cur Paule? Quia Christus dilexit me & tradidit seipsum pro me. id est, tradidit se, vt me hac gratia donaret. Et item: Sic Deus dilexit Ioannis. 3. mundum, vt filium suum daret. Cur? Profectò in pretium gratiae, dandæ his, qui in eum essent credituri.

TERTIA PARABOLA.

Cantic. 8. **Ag. 1.** **1. Corin. 6.** **2. Corin. 6.** **3. Corin. 6.** **4. Corin. 6.** **5. Corin. 6.** **6. Corin. 6.** **7. Corin. 6.** **8. Corin. 6.** **9. Corin. 6.** **10. Corin. 6.** **11. Corin. 6.** **12. Corin. 6.** **13. Corin. 6.** **14. Corin. 6.** **15. Corin. 6.** **16. Corin. 6.** **17. Corin. 6.** **18. Corin. 6.** **19. Corin. 6.** **20. Corin. 6.** **21. Corin. 6.** **22. Corin. 6.** **23. Corin. 6.** **24. Corin. 6.** **25. Corin. 6.** **26. Corin. 6.** **27. Corin. 6.** **28. Corin. 6.** **29. Corin. 6.** **30. Corin. 6.** **31. Corin. 6.** **32. Corin. 6.** **33. Corin. 6.** **34. Corin. 6.** **35. Corin. 6.** **36. Corin. 6.** **37. Corin. 6.** **38. Corin. 6.** **39. Corin. 6.** **40. Corin. 6.** **41. Corin. 6.** **42. Corin. 6.** **43. Corin. 6.** **44. Corin. 6.** **45. Corin. 6.** **46. Corin. 6.** **47. Corin. 6.** **48. Corin. 6.** **49. Corin. 6.** **50. Corin. 6.** **51. Corin. 6.** **52. Corin. 6.** **53. Corin. 6.** **54. Corin. 6.** **55. Corin. 6.** **56. Corin. 6.** **57. Corin. 6.** **58. Corin. 6.** **59. Corin. 6.** **60. Corin. 6.** **61. Corin. 6.** **62. Corin. 6.** **63. Corin. 6.** **64. Corin. 6.** **65. Corin. 6.** **66. Corin. 6.** **67. Corin. 6.** **68. Corin. 6.** **69. Corin. 6.** **70. Corin. 6.** **71. Corin. 6.** **72. Corin. 6.** **73. Corin. 6.** **74. Corin. 6.** **75. Corin. 6.** **76. Corin. 6.** **77. Corin. 6.** **78. Corin. 6.** **79. Corin. 6.** **80. Corin. 6.** **81. Corin. 6.** **82. Corin. 6.** **83. Corin. 6.** **84. Corin. 6.** **85. Corin. 6.** **86. Corin. 6.** **87. Corin. 6.** **88. Corin. 6.** **89. Corin. 6.** **90. Corin. 6.** **91. Corin. 6.** **92. Corin. 6.** **93. Corin. 6.** **94. Corin. 6.** **95. Corin. 6.** **96. Corin. 6.** **97. Corin. 6.** **98. Corin. 6.** **99. Corin. 6.** **100. Corin. 6.** **101. Corin. 6.** **102. Corin. 6.** **103. Corin. 6.** **104. Corin. 6.** **105. Corin. 6.** **106. Corin. 6.** **107. Corin. 6.** **108. Corin. 6.** **109. Corin. 6.** **110. Corin. 6.** **111. Corin. 6.** **112. Corin. 6.** **113. Corin. 6.** **114. Corin. 6.** **115. Corin. 6.** **116. Corin. 6.** **117. Corin. 6.** **118. Corin. 6.** **119. Corin. 6.** **120. Corin. 6.** **121. Corin. 6.** **122. Corin. 6.** **123. Corin. 6.** **124. Corin. 6.** **125. Corin. 6.** **126. Corin. 6.** **127. Corin. 6.** **128. Corin. 6.** **129. Corin. 6.** **130. Corin. 6.** **131. Corin. 6.** **132. Corin. 6.** **133. Corin. 6.** **134. Corin. 6.** **135. Corin. 6.** **136. Corin. 6.** **137. Corin. 6.** **138. Corin. 6.** **139. Corin. 6.** **140. Corin. 6.** **141. Corin. 6.** **142. Corin. 6.** **143. Corin. 6.** **144. Corin. 6.** **145. Corin. 6.** **146. Corin. 6.** **147. Corin. 6.** **148. Corin. 6.** **149. Corin. 6.** **150. Corin. 6.** **151. Corin. 6.** **152. Corin. 6.** **153. Corin. 6.** **154. Corin. 6.** **155. Corin. 6.** **156. Corin. 6.** **157. Corin. 6.** **158. Corin. 6.** **159. Corin. 6.** **160. Corin. 6.** **161. Corin. 6.** **162. Corin. 6.** **163. Corin. 6.** **164. Corin. 6.** **165. Corin. 6.** **166. Corin. 6.** **167. Corin. 6.** **168. Corin. 6.** **169. Corin. 6.** **170. Corin. 6.** **171. Corin. 6.** **172. Corin. 6.** **173. Corin. 6.** **174. Corin. 6.** **175. Corin. 6.** **176. Corin. 6.** **177. Corin. 6.** **178. Corin. 6.** **179. Corin. 6.** **180. Corin. 6.** **181. Corin. 6.** **182. Corin. 6.** **183. Corin. 6.** **184. Corin. 6.** **185. Corin. 6.** **186. Corin. 6.** **187. Corin. 6.** **188. Corin. 6.** **189. Corin. 6.** **190. Corin. 6.** **191. Corin. 6.** **192. Corin. 6.** **193. Corin. 6.** **194. Corin. 6.** **195. Corin. 6.** **196. Corin. 6.** **197. Corin. 6.** **198. Corin. 6.** **199. Corin. 6.** **200. Corin. 6.** **201. Corin. 6.** **202. Corin. 6.** **203. Corin. 6.** **204. Corin. 6.** **205. Corin. 6.** **206. Corin. 6.** **207. Corin. 6.** **208. Corin. 6.** **209. Corin. 6.** **210. Corin. 6.** **211. Corin. 6.** **212. Corin. 6.** **213. Corin. 6.** **214. Corin. 6.** **215. Corin. 6.** **216. Corin. 6.** **217. Corin. 6.** **218. Corin. 6.** **219. Corin. 6.** **220. Corin. 6.** **221. Corin. 6.** **222. Corin. 6.** **223. Corin. 6.** **224. Corin. 6.** **225. Corin. 6.** **226. Corin. 6.** **227. Corin. 6.** **228. Corin. 6.** **229. Corin. 6.** **230. Corin. 6.** **231. Corin. 6.** **232. Corin. 6.** **233. Corin. 6.** **234. Corin. 6.** **235. Corin. 6.** **236. Corin. 6.** **237. Corin. 6.** **238. Corin. 6.** **239. Corin. 6.** **240. Corin. 6.** **241. Corin. 6.** **242. Corin. 6.** **243. Corin. 6.** **244. Corin. 6.** **245. Corin. 6.** **246. Corin. 6.** **247. Corin. 6.** **248. Corin. 6.** **249. Corin. 6.** **250. Corin. 6.** **251. Corin. 6.** **252. Corin. 6.** **253. Corin. 6.** **254. Corin. 6.** **255. Corin. 6.** **256. Corin. 6.** **257. Corin. 6.** **258. Corin. 6.** **259. Corin. 6.** **260. Corin. 6.** **261. Corin. 6.** **262. Corin. 6.** **263. Corin. 6.** **264. Corin. 6.** **265. Corin. 6.** **266. Corin. 6.** **267. Corin. 6.** **268. Corin. 6.** **269. Corin. 6.** **270. Corin. 6.** **271. Corin. 6.** **272. Corin. 6.** **273. Corin. 6.** **274. Corin. 6.** **275. Corin. 6.** **276. Corin. 6.** **277. Corin. 6.** **278. Corin. 6.** **279. Corin. 6.** **280. Corin. 6.** **281. Corin. 6.** **282. Corin. 6.** **283. Corin. 6.** **284. Corin. 6.** **285. Corin. 6.** **286. Corin. 6.** **287. Corin. 6.** **288. Corin. 6.** **289. Corin. 6.** **290. Corin. 6.** **291. Corin. 6.** **292. Corin. 6.** **293. Corin. 6.** **294. Corin. 6.** **295. Corin. 6.** **296. Corin. 6.** **297. Corin. 6.** **298. Corin. 6.** **299. Corin. 6.** **300. Corin. 6.** **301. Corin. 6.** **302. Corin. 6.** **303. Corin. 6.** **304. Corin. 6.** **305. Corin. 6.** **306. Corin. 6.** **307. Corin. 6.** **308. Corin. 6.** **309. Corin. 6.** **310. Corin. 6.** **311. Corin. 6.** **312. Corin. 6.** **313. Corin. 6.** **314. Corin. 6.** **315. Corin. 6.** **316. Corin. 6.** **317. Corin. 6.** **318. Corin. 6.** **319. Corin. 6.** **320. Corin. 6.** **321. Corin. 6.** **322. Corin. 6.** **323. Corin. 6.** **324. Corin. 6.** **325. Corin. 6.** **326. Corin. 6.** **327. Corin. 6.** **328. Corin. 6.** **329. Corin. 6.** **330. Corin. 6.** **331. Corin. 6.** **332. Corin. 6.** **333. Corin. 6.** **334. Corin. 6.** **335. Corin. 6.** **336. Corin. 6.** **337. Corin. 6.** **338. Corin. 6.** **339. Corin. 6.** **340. Corin. 6.** **341. Corin. 6.** **342. Corin. 6.** **343. Corin. 6.** **344. Corin. 6.** **345. Corin. 6.** **346. Corin. 6.** **347. Corin. 6.** **348. Corin. 6.** **349. Corin. 6.** **350. Corin. 6.** **351. Corin. 6.** **352. Corin. 6.** **353. Corin. 6.** **354. Corin. 6.** **355. Corin. 6.** **356. Corin. 6.** **357. Corin. 6.** **358. Corin. 6.** **359. Corin. 6.** **360. Corin. 6.** **361. Corin. 6.** **362. Corin. 6.** **363. Corin. 6.** **364. Corin. 6.** **365. Corin. 6.** **366. Corin. 6.** **367. Corin. 6.** **368. Corin. 6.** **369. Corin. 6.** **370. Corin. 6.** **371. Corin. 6.** **372. Corin. 6.** **373. Corin. 6.** **374. Corin. 6.** **375. Corin. 6.** **376. Corin. 6.** **377. Corin. 6.** **378. Corin. 6.** **379. Corin. 6.** **380. Corin. 6.** **381. Corin. 6.** **382. Corin. 6.** **383. Corin. 6.** **384. Corin. 6.** **385. Corin. 6.** **386. Corin. 6.** **387. Corin. 6.** **388. Corin. 6.** **389. Corin. 6.** **390. Corin. 6.** **391. Corin. 6.** **392. Corin. 6.** **393. Corin. 6.** **394. Corin. 6.** **395. Corin. 6.** **396. Corin. 6.** **397. Corin. 6.** **398. Corin. 6.** **399. Corin. 6.** **400. Corin. 6.** **401. Corin. 6.** **402. Corin. 6.** **403. Corin. 6.** **404. Corin. 6.** **405. Corin. 6.** **406. Corin. 6.** **407. Corin. 6.** **408. Corin. 6.** **409. Corin. 6.** **410. Corin.**

Psalm. 38. tur omnis homo . Iam , in nihil aliud videoas intentos pisces, quām vt maiores deuorent minores. **Math. 23.** Quām id hominibus mundi conuenit? **Ioannis. 21.** Demum Christus post Resurrectionem pisces comedit, sed ab aqua extractos, & assos igni. Si igitur futuri sumus cibus Christi, è seculari & infida vita, abducendi sumus. moriēdum est nobis, assandi etiam in charitate, vt Christo viuamus.

Roma. 10. **Quām** cum impleta eſſet. Nihil ergo extre-
mum diē iudicij remoratur: niſi qđ Ecclesia nec dum impleta eſt. nec dum enim in-
trauit plenitudo gentium. Prius ſiquidem prædi-
Math. 24. candum eſt Euāgelium in vniuerso mundo, vt
Roma. 10. gentes intrent. Tunc Israēl ſaluus erit: & tunc
consummatio. igitur cum mūdus viderit ludeos
conuerſi: ſciat plenitudinem gentium introiffe:
& ſagenam eſſe plenam, ac ideo iudicij diem ex-
pectet. ¶ Igitur Angeli Eccleſiam iam plenam
educent, id eſt, ex vita hac, in mortem eiicient.
Placet igitur ea ſententia Sanctorum, qui volūt
omnes homines ante iudicium morituros. Quid
enim aliud eſt ſagenam educere de mari, quām
homines à vita reiicere? Et quia multi tempore
iudicij erunt adhuc pueri, & iuuenes: hi minife-
rio non naturę, ſed Angelorum, à vita reuoca-
buntur. Ideo dicit: Sagenam per Angelos edu-
cendam. Eo maximè, quia Angelorum effica-
cia accendetur ignis, qui viuentes abſumet. quā
cauſa ipſi dicuntur ſagenam educere.

¶ **Educentes, & ſecus littus ſedentes.** Si vita mundi
eſt mare: & iuxta vitam eſt mors, quid niſi mors
per littus intelligi potest? Ut enim littus egressis
e mari ſtatim occurrit: ita, quid occurrit egressis
e vita niſi mors? Iuxta hoc igitur littus mortis
ſedent Angeli, quia nihil habent cum morte: iux-
ta illā ſunt, ſed non in illa. Porrò dicuntur ſe-
dere. quia tanti momenti, tantique ponderis eſt
eligere bonos, & malos reiicere: vt non fiat niſi à
ſedentibus. à iudicantibus, & rem exactiſſime
expendentibus. Igitur licet exiguo tempore iu-
dicium futurum ſit: at ita examinabitur, ac ſi
tempore multo durasset. Ideo licet Angeli ſtan-
tes eligeant bonos, at tanto iudicio ſiet, ac ſi ſedif-
ſent. ¶ **Sedentes elegerunt bonos in vasa ſua.** Id eſt,
intra chotos ſuos. Ex ruina etiā malorum An-
gelorum illa vasa mansionum Angelicarum,
euacuata ſunt. atque propterea pij homines ab
Angelis, in illa vacua vasa transuehūtur. O rem
incredibilem! Terra ſunt corpora noſtra: & illa
inter Angelicos choros deportantur? Ita qui-
dem, quia terra illa glorificauit, & portauit Deū
in ſe.

Genes. 3:18 **Malos vero foras miserunt.** Quis dicere
queat, quantum illud foras, apportet mali? Sanè
quantum boni eſt, illud: intra in gaudium Do-
1. Corin. 5. mini tui: tātum mali eſt eiici foras. Et illud, foras
mittetur vt palmes, in ignem mittetur & arde-
bit. Planè Deus omnia bona. foras eſt, exrra om-
nia bona.

Intellexistiſtis *bac omnia?* Fieri non potuit,
qui natio diuino fuerintil-

li illuſtrati, vt homines rudes, ea omnia intelli-
gerent, quā viri multi clarissimo ingenio, ſu-
dore multo, & tempore longo vix affequuntur.
Poteſt igitur lumen Dei breui docere paruulos:
quod diu, lumen naturale non docet studio-
ſos. **Math. II.**

¶ Quād verò Dominus addit: *Scribam doctum eſſe ſimilem Patri familiā, proferenti de theſauro ſuo noua & vetera.* Id explicat conditiones quas Ec-
clesiæ doctor habiturus eſt. Si vis Theologiæ
doctor eſt, Primum eſto Pater familiā, id eſt,
eum amorem, prouidentiā, curam, & diligentiā
habeto erga fideles: quā patres familiās habēt, erga
domesticos. Primum à te requiriatur amor non
quiuis, ſed is quē patres habēt. Porrò ex amore
reliqua pendent. Eſt enim dilectio (vt mors) for-
tis: omnia enim ſuperat. Secundò eſto tam di-
ues: vt theſaurum ſcientię habeas. Neque enim
Christus contentus eſt, quantulacunque ſcien-
tia ſed theſaurum requiriſt. Tertiò vult theſau-
rum eſſe tuum. quod tunc ego arbitror conti-
nere, cum studio, animaduertione, orationibus,
& affectibus eum ſibi Theologus comparauit.
Quod enim non amo, vix meum eſt. ſi ergo the-
ſaurum non paraui voluntate & affectu: ſcien-
tia illa, theſaurusque, erit memorie meae, non
perinde voluntatis: ac ideo neque erit propriè
meus. Quartò ſit theſaurus conflatuſ, ex ſcien-
tia noui, & veteris testamenti. id recte: Sed Chri-
ſtus non dixit noui & veteris testamenti, ſed in
vniuersum, noua & vetera. Vetera ergo ſunt
ſcientiae humanae. Noua, ſcientia ſupernatura-
lis: quam ſecum nouus Adam adduxit ad nos.
Profecto functio Theologica eſt omnium fu-
nctionum ſuīma: ideo reliquias ſcientias ſibi ha-
bet ministras. Omnia ergo ſciat, qui ſcribam ſe-
doctum, & doctorem profitetur. Speciatim ve-
rò nouum testamentum, in veteri fundatum.
Ideo enim puer Christus inuenitur in medio do-
ctorum: Et item Ezechiel inquit: Impleuit nu-
bes (quā erat lex) domum Domini: ſed atrium
repletum eſt ſplendore glorie Domini, (id eſt,
Euāgelica doctrina) & ſonitus alarum cheru-
bin (qui erant in veteri templo) audiebatur uſ-
que atrium exterius (quā eſt Eccleſia).

CAPVT. XIII.

In illo tempore, audiuit Herod.



I B VIT H YSTORI A M
hanc allegoricè interpre-
tari: id ſi tibi placuerit, ha-
bemus noſtræ operæ pre-
tium: Si minus, quantu-
lum eſt breuis moræ di-
ſpendium? ¶ Herodes, &
Philippus fratres, ſigni-
ficant

fiant hominem, qui secundum carnem viuit: &
 eum qui secundum spiritum & Deum. Sunt enim
 hi fratres, ab eodem patre Deo profecti, sunt Adá
 terrenus & coelestis: sunt Ismahel, & Isaac: Esau
 & Iacob. ¶ Quam verò quadranter dictum est:
 duas tetrarchias obuenisse Herodi iniquo: vnam
 verò Philippo iusto. Certè quia homini terreno,
 ferè omnia subdūtur: eiusq; imperio parent. Pau-
 ci sunt qui hominem cœlestem habeat, vt regē,
 eiusq; iussa capessant. ¶ Nam Herodias Euā significat,
 carnem scilicet nostrum, nostrum appetitū, no-
 stram sensualitatem. Quā Paulus legem mé-
 brorum, hominem veterem, & concupiscentiam
 nominat. Si Euā hēc homini viuenti secundum
 Deū, vt vxor iungatur: si videlicet Herodias cū
 Philippo persistat, rectè omnia: in pace sunt oīa.
 Exhibit. n. tunc Philippus Deo corpus suū: vt
 hostiam sanctam, placentem Deo, & rationabile
 obsequium. ¶ Sed si caro nostra, Euā, vel appeti-
 tus, diuortio ab homine spirituali facto, homini
 terreno iungatur, (id est, si desinat homo secun-
 dum spiritum viuere, viuatq; secundum carnē)
 tunc Herodias Herodi infōliciter nupsit. ¶ Nam
 sicut filius ex spiritu natus, est amor Dei, vsq; ad
 contemptum sui (Siquidem ex spiritu, nascitur
 masculus amor obediendi Deo, super omnia) ita
 ex carne, siue Herodiade, misera filia nascitur,
 amor sui, decretum & propositum curandi que
 sua sunt, non que I E S V Christi. Hasce filias,
 non nititur Pharao iugulare: sed masculos illos
 ex Dei spū natos. Habes, qui sint Herodes, Phi-
 lippus, Herodias, eiusque filia.

Ioannes verò donū Dei significat. ideò si-
 gnificat omne auxilium Dei, quo
 peccator de peccato arguitur, & reprehenditur.
 Ergo significat lumen fidei, gratiam iustificantē,
 quin & Deum ipsum: siquidem Theologi, Deum
 vocant, auxiliū gratiæ præuenientis: vt Thomas
 habet. ¶ Ut ergo Ioannes dicebat Herodi: non ti-
 bi licet habere vxore fratris: ita tibi terreno Lex
 dei, & eius gratia, Deusq; ipse dicit: Non tibi licet
 viuere, secundum carnem. si enim secundum car-
 nem vixeris morieris Sapientia enim carnis in-
 imica est Deo. legi quippe Dei non est subiecta,
 neq; enim potest Deus dicit: Eiice hāc ancillam:
 desere hanc vxorē: si enim volueris seruare, per-
 des eam. ¶ Quia igitur Lex, & gratia Dei herodē
 arguunt: ideo caro, seu Herodias. Gratiæ insidiatur.
 Caro enim cōcupiscit aduersus spiritum, Legi-
 q; Dei est inimica. Dicit enim Paulus: Sentio
 legem in membris meis, repugnātem legi mētis
 mee. & captiuantem in legi peccati. Vbi ergo tā-
 topere Euā repugnat Gratiæ, planè Herodias in-
 sidiatur Ioanni. Illa. n. tota est in concupiscentiis:
 in cubilib⁹, in impudiciis. Hic totus in deserto,
 in asperitate in fame, siti, & nuditate. An non vi-
 des insidias & inimicitiam? ¶ Hac ratione Herodes
 querit Ioānem interficere, nisi timeret populum. Et tē
 eo auditio Herodes faciat multa. Hic multa considera.
 Primum efficaciam Gratiæ Dei, que etiam à pec-
Math. 7.
Roma 7.
Roma 12.
Philip. 2.
Exod. 1.
Roma 8.
Eodem.
Genesis. 21
Math. 16.
Galat. 5.
Roman. 6.
Roma 13.
2 Cor. 11.

catoribus extorquet multa. Audit avarus, libidi-
 nosus, iracundus legem Dei: sentit diuinam con-
 tra se reprehensionem: facit propterea multa. Se-
 cundum est: Quid verò prodest facere multa, nisi
 feceris omnia? An non qui offenderit in uno, fa-
 ctus est omnium reus? An non Deus diligendus
 est, ex toto corde? Nō vult Deus seruum claudi-
 cantem in utramq; partem. Templū suū ex toto
 auratum esse debet. Non sit tibi vestis ex lana & Eccli. 3
 lino cōtexta. Maledictus. n. est, qui terram dua-
 bus viis ingreditur. Tertium: & vehementer do-
 lendū, atq; timendū: Homo terrenus cupid Ioan-
 nem, id est, gratiam Dei, eiusq; legē extinguere.
 O quot sunt, qui nollent legē esse Dei: imo neq;
 Deum: vt carnis suę licetius possent amplexibus
 gaudere. His sunt Herodes, qui Ioannem cupiunt
 interimere. Vide quā sit carnis sacrilega manus:
 que etiam Deo bellum inferre desiderat. Quartū
 est: Plurimi sunt, qui legē Dei negassent, & aper-
 tè dicērēt: nou esse Deum, nisi timerent populū.
 Plures equidē sunt insipientes, qui dicūt in cor-
 de suo, nō est Deus. qui dicunt intra se: disperda-
 mus eum de gēte, & nō memoretur nōmē Israēl
 ultra. Sed non audent id exterius profiteri: pro-
 pter populū: qui hereticis fasciculos supponit, &
 ignes. ¶ Igitur quia timent populum, non audent
 Euangelicam legem negare. At eam incarcerat,
 & ligant. Impij enim veritatem Dei in iniustitia Roma. 2
 detinent. Gratia siquidē, fides, & lex inclinat in
 opera virtutis. Sed cum impij operātur iniquita-
 tem: velut gratiæ vires ligant, eamq; contemnen-
 tes velut in obscurum careeris locum coniiciūt.
 Cū tamen Ioannis merita excelsum thronum
 exigērēt, vbi doceret, & imperaret: nō ligaretur
 & taceret. Sed hoc est impiorum turpe facinus.
Sed cum dies natalis Herodus accidisset, fecit He-
 rodes cānam. O dies infausta. o dies
 execranda. maledicta dies in qua gratia Dei ex-
 tinguitur: ac propterea homo excæcatur, indu-
 ratur, & reprobat. vide igitur peccati progres-
 sus. Primum caro nupserat Spiritui. Diuortiū cū
 eo fecit. Ad carnali iuncta est. Reprehenditur à
 gratia: Insidiatur illa gratiæ. Querit extinguere.
 Timet populum. Sed tandem extinguit. Expen-
 damus nunc textum. ¶ Cū accidisset dies natalis
 Herodis. Nos nascimur filij iræ. Dies ergo iræ, est Ephes. 2,
 dies natalis noster. Cū verò Deus relinquit nos:
 ille est dies iræ plenæ, & furoris Dei. Qui dies cū
 accidit, nos Ioannem extinguimus: ac ideo sine
 gratia excæcati, & obdurati relinquimur.
 ¶ Dies hic iræ Dei, est dies cenæ nostræ, facimus
 nos in eo cenam: quando nostris sensibus omnē
 voluptatem indulgemus, vt non sit pratū quod Sapien. 5.
 non pertranseat luxuria nostra. Dies iræ Dei, est
 dies festus Veneri & Bacho. Dies siquidem iudi-
 cij extremi inueniet homines edentes, biben-
 tes, nubentes, & nuptui tradentes. id est, in-
 ueniet diem natalis sui agentes. Prima ergo cau-
 sa nostræ excæcationis est: penitus carnis cu-
 ram agere in concupiscentiis. Roma 13.

¶ Secunda

Iacobi 2.
 3 Reg. 18.
 3 Reg. 6.

Psalm. 13.
 Psalm. 82

Ephes. 2,

Sapien. 5.

Math. 24,

Roma. 6. ¶ Secunda causa est: quia filia Herodiadis saltas in medio, placet. Planè sentiunt sancti, imo sentit & ipse Paulus: filiam carnis, eius efficaciam, & statim ulum, qui eos colaphizat. Sed licet hic carnis vigor exiliat in sanctis: non sal: at tamen, quia eam efficaciam ipsi reprimunt. castigantes corpus suū, ne reprobi efficiantur. Et mortificantes carnem, ut spiritus saluus sit. Fit tamen non nunquam, ut etiā in sanctis illa cōcupiscētia saltet: sed non in medio, saltat forsitan occulto peccatum aliquod admittēs: at non in medio. Fit etiā, ut saltet in medio, & publico: sed nō placet: imo verecūdiā & cōfusionem ex eo saltu homo sentit. At si cū in publico quis carnalis est, nec confunditur tamē: sed letatur cū male fecerit: ea causa secunda est excēptionis, quia filia carnis in medio saltauit, & placuit. ¶ Tertia causa: cū miser homo iurat, & spondet se carni, quę petierit omnia datū: cū decernit in nulla re placere Ioanni, iam tūc p̄p̄e exēcatio est. Amputatur caput Ioanni. cū hō adimit autoritatē & maiestatē legi Dei: eā cōtemnēs aut negās. Quā tu Christiane, credis h̄eresum esse causam? An non Paulus: **1.Timo. 6.** dicit: Cupiditas est radix omniū malorū. quam quidā appetētes errauerunt à fide. Ergo negare Euāgeliū, eiq; autoritatē & caput amputare: inde p̄diuit, quia miser hō cupiditatē amauit, omnia mala cōplexus est. cupiditatē saltatē in medio non castigauit, sed laudauit. ¶ Occiso Ioanne, & Euāgeliū gratia à peccatore negata: discipuli Ioānis cū sepeliūt. Discipuli Euāgeliū, Prēdicatores sunt, hi sepeliūt Euāgeliū, cū non prēdicāt. Est igitur h̄ec Herodis, seu iniqui hominis iā obstinati p̄œna: vt ei Euāgeliū non prēdicetur. & si vñquam prēdicetur: ita prēdicetur, ac si nō prēdicatur. Ita. n. obstinatus hō audit Euāgelium: ac si non audiret. Quomodo. n. audiet id cuius autoritatē, aut negat, aut cōtemnit? Verē. n. dictū est, Mādabo nubibus meis, ne pluāt super eū. Et rursus: ideō prohibēt sunt à vobis stillę pluuiarū. ¶ Quōd verō discipuli mortē Ioānis Christo renunciant, id esse existimō: futuros prēdicatores (qui prius Euāgeliū homini exēcato prēdicabant) testes & condemnatores miseri hominis, quę sua malicia exēcauit. Vt. n. excussus puluis testimonium erit, accusans Euāgeliū contempentes: ita & capit is Euāgeliī amputatio, eum qui amputauit, condemnabit.

Quod cum audisset Iesus.

Dēpingitur hoc loco vita Christiana virorum perfectorum adeo graphicē ut nec ab Apelle ita depingi posset. Placuit verō hystoriam hanc iuxta textum Ioannis explicare, vbi aliquanto copiosior est.

Abiit trās mare Tiberiadis, & sequæ sunt enī turae. Eo tempore Tiberius erat orbis imperator: à quo mare (iuxta qđ erat Tiberia ciuitas) vocabatur Tiberiadis: erat tamē mare Galileæ. Porro certū est: seculū hoc esse mare, tū Galileæ

(.i. revolutionū, vbi nihil eodē statu permanet.) tū Tiberiadis: quia hominū imperio suicētū est. ¶ Ergo Christiani, q̄ pane Christi satiari cupiūt abeēt cū Christo trās mundū, vltra seculū. Deus est vltra seculū: sint ipsi, dij, vltra seculū. Christiani p̄ij vltra seculū sunt: quia diuini sunt, quia Galat. 5 creatura noua sunt. quia sunt generatio altera: & Psalm. 102 populus q̄ creabitur. Homines sunt exterius: sed Angeli Dei sunt interius. Quēris quid est, vltra seculū esse? Certē reliquissē oia, & sequi Christū. Math. 19. Certē abnegasse semetipsum. Certē odisse animā Luce. 14. p̄priā. an nō h̄ec, nō huius, sed alterus seculi sunt? Certē q̄ cōcupiscētiā carnis. oculorū, & vitę suę. 1. Ioānis. 12 perbiā nō trāsivit (in quibus imperat homines,) panē Christi gustare nō pōt. Ideo nō gustam⁹ bona Christi spūalia: quia placēt bona Tyberij secularia. ¶ Sed q̄ nā illi sunt: q̄ seculū relinquūt: & trans illud, Christum sequūt. Profectō qui eius signa viderūt super infirmos. i. qui super infirmū cor suū, medicā dominimanū perceperūt. Facile seculū relinquēt, q̄ vocē Christi dicētis seque. re me, audierit. facile seculum trāsīt: qui cū mor. Math. 9. tuus peccato esset, excitantis leonis rugitum au. Ephes. 2. diuit. facile seculum prēterit, qui sepultus cū Lazarō vocem clamatis audiuit: dicētis, Lazare ve. nī foras. Idem siquidē est, veni foras: & abi trans mare Tiberij. Quod si in cordetuo infirmo nondum sensisti Domini signa: certē considera alios socios tuos, quos ex infirmis Deo, sanos vidiisti. h̄ec te signa, quibus mortuus, cœcus, & surdus sā. natus est, mouere poterūt: vt trans seculū, Chri. Math. 9. stum sequare. ¶ Porro si placet ire trās mare: expende quid trans mare sit. Non ibi ciuitates, & oppida: non ibi voluptates, & delitiae. sed desertus est locus. Hunc sibi locum deligit Dominus: vbi pascat suos. Hoc Domini est ingeniu: vt ibi adsit, vbi minus humani remedij adest. Pauit Iudeos in Exod. 16. deserto māna cœlesti. Daudi apparuit in terra deserta, inuia, & inaquosa. Elias pascitur à coruis, 3. Regū. 17. in deserto. Planè hoc inuenies in operibus Dñi: tunc ea esse facta: cū minus Tiberij, minusq; maris remedia apparebat. ¶ Ergo Christiane si seculum transisti, scito futurū: vt te Deus sine consolatione temporali ferē relinquat. quia trās mare dimissa illa est: & sine consolatione spūali, quam triduo expectans à Dño minimē recepisti. Hoc verō verissimum desertum est: Cūm foris pugnē, intus timores. Cūm cor est conturbatum: cum lumen oculorum & ipsum non est mecum. ¶ Sed ne despōdeas animum: id primum magnopere spectato. Christus curat morbum, & nec dū dabat cibum. Significans fieri posse: vt sine cibi spiritualis gustu, morbus animę sanetur. Recto enim ordine, spiritualis morbi curatio, prēcedere debet spiritualem animę gustum. Quod si aliquādo hic ordo inuertitur: specialis id erit dispēfationis. Sit igitur tibi, qui seculum post Christū dimisiſti, h̄ec prima certa sententia: Non est trās mare mundi statim cibus paratus, te manet inedia, non vnius forsitan aut duorum dierum, sed plurium

m̄th.
curavit
langui
dos eoz
mar. b.
cepit eis
docere
multa

plurimum. ¶ Imò verò ad maiora te para. Profetò si in hoc deserto, liceret tibi semper Christū sentire presentem: aut non esset desertum: aut nullę delitię huic deserto conferri possent. Sed enī inquit Ioannes, SVB̄IT Christus in monte. Discedit ergo à te corpore, licet nō corde, id est, non te tunc consolatur Christus, imo videbitur forsitan offensus: Videbitur avertisse faciem suā à te. videbitur lögē fecisse misericordiā suā. Tu cōtra considera, num proximum sit pascha dies festus? Si festus dies in proximo est, spes erit prādij. Ita planè ego arbitror: tunc Dominum effundere dulcedines suas, panesque suos illos: cum festa proxima sunt. Qui sequuntur Dominū, largiorē eius manum nouerunt in festis, quam in nō festis diebus. Cūm igitur imminēt festa, prēparēmus corda nostra: vt de manu Domini largiores sumam⁹ cibos. Sed nos corpori, nō animo epulas quærimus. Quod si verò, nec die festo pascimur: exspectemus tamen: memores, etiam qui salutē corporis querebant, Dominū tribus diebus exspectasse, quanto potius nos expectare conuenit: qui salutem animis requirimus. Cibaturus verò Dominus suos, inquit Philippo:

Vnde ememus panes: vt manducet̄ bi? Philippus qui os lampadis interpretatur, prēdicatores significat. Quia os sunt lampadis illius:

Ioannis. 1. quæ illuminat omnem hominem: illius lampadis, quæ de se ait: Ego sum lux mundi. Recte dicūtur

Ioannis. 8 os lampadis, non manus, quia loqui possunt: mederi non possunt. Dicit ergo Dominus prēdicatoribus: vt satient populum: Vt scilicet illi prēdicent. At respondent prēdicatores: Nullam doctrinam humano labore & industria partā, sufficiere posse animabus reficiendis: his præfertim, q̄ dulcedinē de cœlo querunt. Et est phrasis scripturæ dicere: ducentorū denariorū panes. i. multiplicati denarij panum non sat sunt. Duo enim pro multis sēpe audiuntur. vt illud: fiat in me duplex spūst⁹, id est, multū de tuo spū. Et illud: suscepit duplia pro peccatis suis. i. suscepit multa,

4. Regū. 2. Isaie. 40. Psouer. 31. Et illud: Omnes serui eius vestiti sunt duplicib⁹. Ergo ducentorum denariorū: nec omniū denariorū valor sat esse potest animq. vt enim Deo nihil est sat nisi Deus (in nullo enim beatus est. nisi in se. Et ideo Sadai dicitur: quasi, qui sibi satis est.) ita & homini factō diuino, nil nisi Deus satis esse potest. reliqua enim sunt ei sicut stilla fistule. Qui verò aurum habet, vt idolū: & vētrem sicut Deū, is ex homine, iūmētū factus est. Sed qui prius fuit iumentum, herbas septem annis cū Nabuchodonozor comedens: nunc verò rediit in mētem, & filius Dei effectus est, is ab eo audit:

Genesis. 15 Isaie. 40. Psalm. 48. Daniel. 4. ego sol⁹ merces tua magna nimis. Et hēc est causa vt existimo, cur Christus Eucharistiā in cibū hominis instituit: videns nihil, nec in terra, nec in cœlo, pio homini cibum, nisi Deum esse posse. iuxta illud: aperi ostū & ego, (non aliud quicquam) implebo illud. Nō ergo denarij, humana imagine percussi: nec quicquam, cuius valor est

ex hominibus, satiare pium hominem potest. ¶ Quod verò ait Philippus: non sufficere, etiam si modicum quid manducent: duos habet sensus. Prior nihil humanū satis esse animo nostro, etiā si modico velit esse cōtētus. Certè auaris tota natura, totusq; mundus parum est, quo plus habet plus desiderat. nihil inīfū, quod nihil his sit satis, sunt n. grādes epulones. At etiā Philosophis qui modicū ex humanis sumebāt, nihil humanū satis erat. Nihil. n. eos satiabat. Secundò indicauit majorē satietatem in humanis habere: qui modicū, quā qui multū māducet. Bonus ergo prēdicator dicit nihil humanum satiare corda Christiana. ¶ Sed accedit Andreas, qui virilis dicitur, dicens: est puer hic habens 5. panes. Quid nam id significat? Certè ubi prēdicator desperat, cibo carēs animē ibi vir fortis. i. laboribus, & militiē Christianę assuetus, remediu animē famescēti demonstrat. An non hēc experiūtur viri pietatis studio dicati? Languent hi, accedūt ad prēdicatore: vacui ab eo recedūt. accedūt ad virū Christianis callis obduratū. hic ostēdit rē exiguā, exercitiū aliquod vile: ibi panis inuenitur, quē si benedixerit Christus: non mille, sed centū mille homines satiabit. Sed hēc sentiūtur potius, quā dicūtur. Aduerte cur dixerit: hēc quid inter tantos? Certè tātus est hō: vt nihil nisi Deus, illi sat sit. Deus est magnus, & magnitudinis eius nō est finis: & hō magnus: Psal. 144. quia ad magni imaginē, creatus est: & ideo magnitudinis suę, ferē nō est finis. fecit. n. Deus hominē: vt dñetur, nō vt satietur omnibus rebus. Psalm. 8. Propter hominē mādus. Propter hominē Angeli. Propter hominē Deus hō. Propter hominem fundit vitam Deus. Propter hominem gloria & infernus. Verē tātus est homo: quid ergo omnia homini, qui tātus est? ¶ Secundò aduerte: Cur dixit quinq; panes? Crediderim vnicū esse panē, q̄ satiare hominē potest. Nā Apostolus dicit: oēs 1. Cori. 10. de vno pane, & de vno Calice participam⁹. Ergo si panis est gustus cœlestis, q̄ sol⁹ hominē reficit: ille est vnicus panis. Sed vnu ille valorē, vim, & ptiū quinq; panū habet. Quinq; sunt ora, quibus exterius, hō māducat. quinq; s. lensus, de quibus dictū est. Nō satiatur oculus visu, neq; auris auditu. Ergo, & visus, & auditus, & tactus māducāt. Eccl. 1. 5 add. Cū verò hō habet obiecta quib⁹ suos quinq; sensus satureret, quinq; tūc panes habet. At quia gust⁹ cœlestis plus exsatiat, q̄ si omniū sensuū delectamēta gustaret: ideo vnic⁹ ille panis valorē quinque panū habet. Quā causa dicit Psaltes: cor meū & caro mea exultauerūt in Deū viuū. quia videbāt, ex abūdātia gustus spūalis, tota caro saturerat. Quia igitur tota caro satiatur, ille vnicus panis quinque panes efficitur: quibus quinque sensus, velut gloriōsi redduntur, & fœlices.

¶ Tertiō aduerte cur dixerit, & duo pisces? Planē quia ille gustus, & suavitas, omnium pisciū gustum ex superat. In pane intelligitur omnium terrenorum suavitatis. quia iuxta scripturam: panis omnis cibus est: vt supra capit. 6. diximus.

In pisce

In pisce igitur omnium marinorum dulcedo designabitur. Siquidē iuxta Ambrosium, humanī generis delitię pisces dicuntur. Ergo cum audis à Christo dari panes & pisces intellige: eū dari sapore & gustūq; oēs sapores à terra & mari producētes facilē superet. ¶ Quartò quēres: cur igitur duos dixit pisces? Forsan eo sensu dicitur, quo supra, ducentorum denariorū panes. Ita & duos pisces, id est, multos pisces, id est, multiplicatam suavitatem. Est enim cibus omne delectamētum. Sapien. 16. in se habēs, est māna omnem saporem continēs: meritō igitur multiplicatissimū saporem habet. Experti hēc loquantur. Si enim cibus ille saporem Dei habet, & Deus est eminenter omnia: igitur omnium rerum saporem habet.

Accepit I E S U S panem, benedixit. &c. Benedicere Dei, multiplicate est. Nec forsitan inuenies bona in scriptura multiplicata, sine benedictione diuina. Agit igitur ex more Dominus. benedit multiplicaturus. Et quia iuxta Augustinum, Natura rerum est diuina volūtas: ideo vñus panis factus est mille. Certè nouit qui accepit: quā sit verum, vnum panem fieri mille. quā enim diues est, qui illū gustū cœlestē habet? Planè vt qui mille habet. quā contēnit ille omnia? Quā est fortis contra omnia? Quā volat super omnia. Verē Paulus: Pietas ad omnia valet. Nihil enim est qđ nō intrasse illa possideat.

¶ Neq; silendum est: cur gratias agit. Profectō, si cut supra gratias egit Patri, quia mysteria Euāgeliij reuelauit paruulis: ita nunc gratias eidem ait: quia gustum cœlestem homini tribuit, satiás tantum hominis stomachum: implens eius fundū sine fundo. Si gratias agit Christus, qđ Pater

Ioannis. 11. excitauerit Lazarū ppter filiū: qđ magis aget, quōd Pater hominis os, (ferē infinitum) nō alio pane, quā ipso Deo: non aliis meritis, quā Christi: saturauerit, satiauerit, impleuerit? Verē gratias agere debet filius, qui suis meritis, Deum facit hominis esse cibū. ¶ Quōd verō Christus, gustum hunc distribuit: nō est minoris opus sapiētię. Dicit enim: distribuit illis, quantum volebāt, quia iuxta cuiusuis merita, necessitatē, & utilitatem, distribuit delicias, & gustum Christus. Pla-

Marci. 8. nē multi sunt, quibus si non daretur hic gustus, deficerent in via. Multi contrā sunt, quibus si hic gustus daretur ad votum, deficerēt in via. Igitur agnoscere cuiusuis necessitatē, palatum, & stomachum summę sapientię opus est. ¶ Porrō qđ fragmenta panum, & non panes distribuit integros, significat: in hac vita non dulcedinem cœlestem, ex integro preberi: sed forbitiunculas, & prēlibamenta. Nemo igitur in hoc seculo dulcedinem, sine amaroris speret admistu: fractus est panis: nō integer. Cū verō venerit quod perfectū est: euacuabitur quod ex parte est. Cū enim me non totum deuorat in hoc mundo Deus, (mundus enim partem mei demordet) ita nec Deum in hoc mundo totum deuoro: donec totus in cœlo à Deo deuoreret. ¶ Licet tamen fragmentum sit

quod comedimus, hoc tamen est, quod animum hominis implet. Ideo dicit: postquam impleti sunt. Hoc igitur gaudium plenum est. Hæc est lætitia qua circundat Deus hominem. Circundat dixit: quia círculus perfectè rem ambít. ¶ Et meritō iubet Dominus colligi reliquias ex prandio: quia istę reliquię, diem festum agenti bi: & memoria huius sanctificationis confitetur Psalm. 75. Domino. Plus gaudet anima: cum in memoriam adducit se gusto Domini cibatam: quā si cūcta terrena possideret. Igitur colligatur istę reliquiae ut in die malorum recordemur illorum bonorū. Cūm venerit fames, cum venerit tentatio, profer fragmentum quod tibi seruasti. forsitan in fortitudine cibi illius ambulabis quadraginta diebus. Habes igitur coniuia Dei, non solum presenti seruire necessitati: sed etiam futurę prospicere indigentię. Habuit enim Ioseph horrea in annos fœlices, & steriles seruata.

Impleuerunt duodecim copinos. Cophinum vacuū ego intelligo: doctrinam & legem, nōdum opere completam. texitur enim cophinus ex multis spartis, texitur etiam doctrina ex multis præceptis. Igitur quę docuerūt Apostoli 12. sunt cophini duodecim. Has Apostolicas doctrinas nihil sic implet ut fragmēta. Nihil enim adeo efficax est ad doctrinam Apostolicam implendam, quā cibus ille gustatus, & celestis cibi memoria. Nouit & hoc, qui gustauit: Viā mādatorū ille currit, cui cor dilatauit Deus. ¶ Supersunt hic mihi dubia tria: Primū. quid significet, discubuerūt super fœno, erat enim multum fœnum in loco? Neq; enim sine magna significatione positum est. Ergo fœnum dupli significato sumptum est in sacris literis. Primū p̄ carne, id est, pro omni re terrena. iuxta illud: omnis caro fœnum. Secūdō pro peccatis leuioribus Isaie. 40. iuxta illud: qui edificat super hoc fundamento 1. Corin. 3. fœnum, stipulam, & lignū, opus eius ardebit. Multa ergo peccata leuiora, sunt multum fœnum. Igitur docuit nos Christus, eum qui voluerit de cœlesti cibo gustare: prius debere multa terrena contemnere. deinde, quando non licet omnia venalia vitare, certè vitet multa: vt ex illo diuino pane satietur. ¶ Dubium secundum: Cur dictum est. erant viri numero ferē quinq; milia? Respondeo: ferē quinq; millia, sunt quatuor mille quingenti plus minus. quasi dicas sunt nouies quingenta. Viri igitur qui cœlestē panē edūt, sunt, nouies quingenti. Nouē quidē: quia reparaturi sunt 9. ruinas, quas laps⁹ Angelorū in 9. choris effecit. ¶ Dices: habeo cur noīmē? Non habeo cur quingenti? Audi, & esto memor verbi Danielis 7. milia millium ministrabant, & de eius centena assistunt. igitur Angeli qui remāserunt, in millennario numero sunt. At Apocalyp. 12. Lucifer traxit secum tertiam partem stellarum. Igitur necessariō Angeli, qui deciderunt, in quingētenario numero fuerunt. Est enim quingētenarius tertia pars millenarij cum quingētenario. Si ergo laps⁹ fuerunt

fuerunt quingentenarij numeri, necesse est vt & reparatores ruinarum sint etiam eiusdem numeri. vides grande mysterium. ¶ Tertium dubium: Cur Dominus suos sequaces panibus hordeaceis satiat: cum Iudeos in deserto pane satia-

Psalm. 77. uerit Angelorum. Cur versa fors est? Qui erant, vt iumenta, satiatur angelico pane: cōtra verò q̄ sunt vt Angeli Dei, hordeo, id est, pane iumentorum saturantur. Forsan hēc ratio est. Iudeis si pij fuissent, promittebatur omne bonum, nullū malum: qui status Angelorū est. Christianis piis p̄mittitur hic Crux, & tribulatio: qui status iumentorum est. Angeli fruuntur omni bono, terrore malorum sublato. Si igitur Iudeis bonū sine male promittebatur, planè Angelorum pane cibatur. At iumentis onera & flagella dicātur: qualia his, qui p̄ie in Christo viuere volunt, manere sci mus. cibamur igitur pane iumentorū. Sed Deus bone, sub hoc hordeaceo pane latet cib⁹ ille cœlestis: qui omnia bona excellentissimē, vincit. Si ergo Crux nos manet: at sub cruce dulcedo, potest enim Crux amaras Mera aquas dulcorare.

Statim compulit discip.

Exod. 15. IN hac hystoria, vitę Christianę ratio delineatur. ¶ Statim, inquit, compulit discipulos post eūsum panis, statim discipuli compelluntur. Vbi semel gustaueris cœlestia, teipsum ad labores para. Elie datur panis, vt ambulet quadraginta diebus: ita & tibi panis & gustus cœlestis datur: vt per 4. vigilias noctis, remigando labores. David post comedtos panes propositionis, mille iactatur periculis: ita crede: Si comedis, laborabis. O verō rex sortē. Si p̄ multos dies durasset cibus, equū videbatur: vt per multos etiam dies labor durasset. Sed prandio unius diei, quadraginta ieunij Elię succedunt: & prandiū unius hore, labor per quatuor noctis vigilias consequitur. ¶ Nec vacat mysterio verbum illud compulit. Optat quidem animus q̄ pascitur: vt semper pasciliceret, vt semper esset cum Christo: vt non sentiret remigādi pericula. Luit enim pedes, nollet eos inquinare. Sed compellitur. Spiritus enim sanctus expulit Christum in desertum: & ita post cibum, expellit in laborem. Interim, licet dulcius sit pasci, quam remigare: tutius tamen aliquando, & magis meritiorum est, remigare, quam pasci. ¶ Compulit inquit in nauiculam: quam supra cap. 9. declarauimus esse vitam Christianā. Non enim nauis est sed nauicula. Sicut Bethlehem minima dicitur. & Christus minor: quia humilis: ita & vita Christiana minima, quia desperata, arcta, angusta, abscondita. Interim arca Noë est, nullius sine ea euadet aquas diluuij. Est verò nauicula nomen officij.

Math. 2. Vbi ad veram fœlicitatem perueniris, ea nō egebis. Nūc ex ligno est, dura est, periculum habet, vbi in cœlum veneris: liber à nauicula es. ¶ In hanc nauiculam compellit, non descendere, sed ascendere. Nam & Dominus inquit: Ecce ascendimus Hierosolymam. Cūm Christo ascēdimus:

at miser ille in Hiericho descendebat, cum in lantes incidit. Planè qui in cœli regiam tendit, ascendit, contra qui in honores, delicias, diuitias videtur ascendere: descēdit tamen. ¶ Vide verò, nemo ascēdere potest in nauiculam, nisi Christo compellente: Nisi enim Dominus edificauerit, frustra edificamus: ita nisi Domino compellēte, nemo ascendit. Idem verò qui compellit, vim ascendendi prestat. Alioqui quo pacto nostra tardissima natura, nisi eo compellente, gradum mouere posset. ¶ Atqui dignissimum est considerare, cur dixit: Compulit eos precedere trās fretū? Profectò prima nostra iustificatio, quā Deum uidē cognoscimus, fit Christo precedēte Ipse n. elegit nos: non verò est electus à nobis. Sed si videri super aquas à nobis debet, nostra mérita ea visionem precedere debent. Fateor non precedes tu, nisi Christus oret pro fœlici tuorum laborum successum, sed eius premia, & presentiam non senties, nisi tua id opera commeruerint.

Exod. 17. Ascendit in monte solus. Video Dominum,

qui torcular calcauerit solus, & Isaie. 63. de gentibus nemo erat cum eo. Video Mosen, ascendentem in montem orare: vt Iudea vinceret Amalechitas, id est, Ecclesia demonū pressuras. At licet Moses ascenderit, ascendit cū eo Aaron, & Hur, Christus verò solus. Latet ergo mysteriū scilicet non esse alicuius humanę opis, aut industrię: iactari nauiculam fluctibus magnis, & non demergit tamen. Nō est humanę opis tota nocte remigare, nec delassari. Nō est humanę opis Christum ambularem super aquis, posse cōtueri. Nō est potentię humanę ē nauī desilire, in mare se coniicere, nec demergi. Solus hēc mereri potuit, qui solus in montem oratus ascendit. Si Christus non orat: nihil fieri dignē potest. Vt ergo eleatus Christus suos Apostolos, orat: ita vitam Ioannis. 15 Christianam obiecturus marinis fluctibus, periculis carnis, mundi, & inferni, etiam orat. Alioqui, quomodo posset Christianus vivere in carne, & non secundūm carnem, vivere vitam cœlestem, Angelicam, diuinam? iam sicut sua passione efficiaciter mundi salutem effecit. ita & hac montis oratione, efficaciter ne nauicula vitę Christianę mergeretur, impetravit. Ergo Christianæ incolitatem tibi Christus comparauit, si inferni, aut peccati pelagus, fluctus tentationum te demergit, culpa tua est, sua enim ille oratiōe (ne te demergeret) tumentes fregit fluctus, & pcellas. ¶ In hac etiam oratione normam nobis Christus orandi dimisit. Oratus enim primum dimittit turbas. vt tu oratus componas (si quæ habes) secularia negocia, ne animum postea orantē interpellent. Postea ascendit in monte, rebus imis altiorem. vt tu in oratione, animum rebus humanis habeas altiorem. Quod fiet si quæ petimus ad Dei gloriam petamus. Demum ascendit solus: ô 1. Cori. 10 si liceret mihi orare soli. ô si animū ad orationē ab omnī rerum secularium amore liberū afferrē. At facile, cor rebus secularibus hēret.

Vespere

Vespere autem factō, nauicula iactabatur. Cū Dominus fide illustriore à nobis conspicitur: cumq; eius fulgor, & amor illustrat, & pascit animas nostras: adhuc vespere non est: nec nauicula iactatur. At cum claritas illa flaccescit: cumque deuotio non nihil tepeſcit: vespere incipit, tentatio incipit. Porrò tunc propè Dominus in monte est: vt adiri facile possit: vt negotium tuum attentius tractet: vtq; pro te instantius oret. Solus ergo est: qualem tibi in negocio maximè difficiili, inuenire desiderares. ¶ Sed procedit vltterius tentatio: auocat te à liitore: iactatq; te, cum es in medio mari. Siquidem in principio tuæ conuersionis ad Christum, non te magnis temptationibus exponit. Sed in medio cursu, cum es in medio mari: tunc illę crudescunt, cum scilicet iam processisti in vita Christiana. Hoc, n. est qđ dicitur, cū remigassent stadiis 125. aut 30. Quia 60. est numerus vitæ laboriosę. Sex. n. diebus erat operandū, die verò septimo quiescēdū. Si ergo labor noster designatur in numero 60, mediū laboris erit. 25. aut 30. Igitur à medio, vel ferè, vitę Christianę furiastationum expecta.

Exod. 35.
Leuit. 13.

Luce. 3.

Isaie. 38.

Iob. 2.

Iob. 41.

Iob. 7.

Luce. 12.

Amos. 1.2.

Numer. 14

Ita enim Dominus in medio vitę suę, anno scilicet tricesimo tētari cœpit. & Ezechias dicit: Ego dixi in dimidio dierū meorum, vadam ad portas inferni. ¶ Porrò iactatur nauicula à vento: ferè enim temptationes, & scrupulos, ventos esse dixeris: & rem ferè vanissimā. At vt Deus ex re quę non est, facere mundum potuit: ita diabolus ex re nihili (si ei à Deo licentia datur) validū ventū facit. ventus est, sed vehementissimè nauiculam quatit. Quòd verò addit, Erat ventus cōtrarius. Planè quia nauicula rectatendit in cœlum, at dēmonis furor reuocat in infernum. An nō vides quām sit necesse Christum orare: ne fragilis nauicula, ab ea potestate cui nulla est æqualis super terram, iactata mergatur?

Quarta verò vigilia noctis venit ad eos. Audis ne Christiane, vitam Christianā esse nauigationē, vigilias, & militiā? Verū. n. est militiā esse vitā hominis sup terrā: & supra mare. At qui res est notanda nimis: cur in quarta vigilia laborantibus succurrīt? Et cur in quarta vigilia serum bonum vigilantem, supra omnia cōstituet? Et cur super tribus sceleribus Dominus cōuertitur: sed super quarto non conuertitur? Certè in his locis apertè fit: vt sicut quartum scelus malis est perditio: ita & piis, quarta vigilia est remediu. Forsan significatur vita hęc nostra laboriosa in numero quaternario: 40. enim annis peregrinārunt Israēlītę per desertū, ante promissam terrā. Hęc ergo vita quatuor partes habet: q; in primis prioribus peccauit: & item in quarta sclera cōmittere pergit, rara est huius conuersio. sup hoc quarto scelere Deus rarò conuertitur. At verò Pij si in secūda, & tertia vigilia pīs sunt: nō adhuc videre Dominum super aquas ambulantem merentur. At in vltima vitę parte. i. in quarta vigilia, si pius esse non desistat, Deum pro ratione

vitę videre meretur. Nec enim frustra mandatur Iudæis, ne de arboribus nouis, per annos tres co-medant, sed quarto anno, fructus earum sanctifi-centur Domino: videlicet, quia tres vitę priores partes plenę sunt imperfectionib; & ideo indi-gnę quę Deum videant. quarta verò, vt iam ma-tura, Deo digna est. ¶ Venit ergo Dominus ambulās super aquas. Nullus legitur ambulasse super aquas. Nam Iudei transeunt mare rubrum, & iordanem non nisi per alueum: item & Elias transit: sed Iordanē diuiso. Solus spiritus sanctus fuit, qui fere-batur super aquas. Probat igitur Christus super aquas ambulans, se eiusdem esse cum spiritu sancto nature. Et vt Spūs, qui ferebatur sup aquas, eas sua latione fœcundavit, ad vitam corporalē: ita & Christus ad vitam spiritualem. Et profectō non videtur miraculum, spiritus super aquas ambulans. Quis verò miraculū non videt: quod caro Christi super aquas ambulet? Quodque id priuilegiū Petro, solo iussu, concedat. Ut ferè nihil Christus non commune cum Christianis habeat.

Videntes turbati sunt, dicentes phantasma est. Vbi primo docentur deuoti homines: quanta sit in reuelationibus adhibenda cautela. Clamandum est, ne forte sathanas transfiguret se in Angelum lucis. vel certè si Angelus lucis est, ne magnitudo reuelationum extollat. ¶ Secundō docemur quām timere debeamus phantasmata, & quia totus hic mundus phantasma est: præterit enim huius mundi figura, seu larua: ideo cauere mundum debuissemus: auerte ergo Domine oculos meos, ne videāt vanitatē. Vniuersa enim sunt vanitas. vtinam sicut vanitas sunt: ita essent afflictio spiritus. Beatus ergo qui timet Dominum, & non respexit in has vanitates, & insanias falsas. Igitur quę in mundo sunt, non solum phantastica sunt: sed & insaniae: & he false. ¶ Tertiō docentur ij qui nocte tribulationis suę laborant: Deum multò alium esse quām ipsi credant. Cū tribulamur vix credimus, Deum esse, qui nos castiget, q; premat, q; affligat. statim culpam nostræ afflictionis, in dēmonem in phantasma coniicimus: Docent nos igitur Apostoli: Christum eundem esse qui primum terreat, postea opem ferat: qui primum videtur hostis, mox inuenitur amicus: quiq; prius videtur dēmō, sed statim agnoscitur Deus. O lusciosos mortalium oculos, dēmonem cum putatis q; Deus sit: quiq; ad auxilium vobis occurrit?

¶ Quartō docent, in afflictione fidē ſēpe nutare. **Statim** Dominus loquutus est eis dicens Ego sum. Statim inquit, sine mora, adiutor est in opportunitatibus, in tribulatione. Nouit enim articulū, quando succurrentum sit. ¶ O felix anima quę in tribulatione sua Christum audit dicentem: Nolit timere Ego sum: Dicebat Psaltes: Dic animę meę salus tua ego sum. Certè, hęc Dominus dicens, auditui dat gaudium & lētitiam, & exultant ossa humiliata. Tunc illuminat faciem suam super nos: & ideo miseretur nostri. Tunc ostendit

Luiti. 19.

Evod. 14.
4. Regū. 2.

Genesis. 1.

2. Corin. 11.

2. Cori. 12.

1. Cori. 7.

Psalm. 118.

Eccles. 1.

Psalm. 39.

Psalm. 72.

4. Cori. 6.

5. Cori. 5.

Psalm. 72.

Psalm. 79. ostendit faciem suam, & ideo salvi erimus. Tūc
Eodem. apparet coram Ephraim Beniamin, & Manasse, filii Rachelis pulchri: ideo saluamur. Quid. n. tunc anima timeat? Cum si ambulaueris in me-
Psalm. 22. dio vmbre mortis non timebo mala, quia tu me-
Psalm. 26. cum es. Si tu es illuminatio mea, etiam si con-
sistant aduersum me castra: nō timebit cor meū. Igitur habete fiduciam: Ego sum amicus ve-
Genes. 15. ster: protector, merces, frater, Pater, Deus.
Ioān. ii. Nam sicut vox Domini, quatriduanum Lazarum iacentem excitat: ita quarta vigilia labo-
rantes, & timorephantasmatis percussose eadem
vox excitauit ad vitam: abrasit enim ab eorum
animis omnē penitus timorem. Sed quia, Theo-
logis testibus, diuina efficacia varie operatur,
juxta recipientium dispositionem: ideo Petrus
qui erat ardenter: hac voce p̄e alijs inflamma-
tur, & flammę vigorem sustinere non valens, rē
super omnem naturam, à Christo petivit. Do-
cens, inflammatis hominibus nihil auden-
dum, sine Domini iussu. Pr̄esertim ubi arduum
est, id quod requirunt. Domine, inquit, iube me
venire ad te. ¶ Respondet Dominus, veni:
Iosue 10. Obedit Dominus voci hominis: etiam violata
tota natura. Ut cum Iosue cœlos stare iubet. Iu-
bet igitur Dominus: vt corpus sit sicut spiritus.
¶ Docet h̄ic multa Petrus. Primum eum qui
Dei ignibus ardet: non solum supra terrena esse,
sed super aquas ambulare, imo & super aerē co-
sistere posse. Ut de multis sanctis legitur, eos in
aëre pendentes orasse. Planè quia ignis, imo &
Dei efficacia super omnia est. ¶ Secundò do-
cet, aliquando sanctos, ita facile ferre tribulati-
ones, imo ita eas facile calcare: vt Petrus calca-
bat aquas. Profectò multi Philosophi patienter
ferebant tribulationes: sed solius Christiani est
eas aggredi, calcare, & in eis gloriari. Non so-
lum autem, inquit Paulus, sed & gloriari in
tribulationibus. Et rursum: mihi absit gloriari
nisi in cruce. & rursum: ibant gaudentes,
quia contumeliam passi sunt. Gaudet Andreas
cum videt crucem. Optat Polycarpus bestias
truces. Cupit Laurentius in prunis versari. Hoc
verò est aquas tribulationis calcare. Evidem
cum labore patienter suffers, in nauicula re-
migas. Sed cum in dolore ardenter exultas: exil-
ita nauicula tumentes maris fluctus calcasti.
Status hic magnus.
¶ Videns vero ventum validum timuit. Deum
immortalem: nunquam, nec in ex-
celso statu, securitas. Petrus timet: quis non ti-
meat? Auertit oculos suos Petrus à Magistro,
qui eum vocabat: respexit ventum, qui eū p̄e-
mebat: ideo timet. O si à Christo non auertisset
Genes. 3. oculos, mergi non cœpisset. O si Euā lignum
non vidisset. O si Dauid Bethsabee non res-
Genes. 6. pexisset. O si filij Dei filias hominum non in-
tendissent. Sed Domini conditio est, in die ho-
norum, nos admonere malorum. Et dum Pe-
trus super aquas exultas ambulat: mortis immi-


nentis admonetur. Vult enim Dominus po-
tius humiles, quam elatos. At sicut in media
prosperitate, admonet Dominus futuræ calamiti-
tis: ita in media calamitate, & submersione
dexteram suam extendit. Et cum Petro in na-
uiculam intrat: quę statim ad terram securita-
tis venit. Id verò quale sit dicant qui nouerūt:
ijs. qui ferè ad limina beatitudinis post tribula-
tionem peruererunt. ¶ Vbi verò intrauit in
nauem Dominus, tunc ab omnibus adoratur,
id est, cum Domini p̄esentia in animo sentitur,
tunc omnia ossa dicunt, Domine quis similiſti-
bi? eripiens inopem de manu fortiorum eius.
Et rursus, benedic anima mea Domino, & om-
nia interiora mea nomini sancto eius: qui rede-
mit de interitu vitam tuam. Tunc nulla tribu-
latio sentitur: vel quia cessavit exactor, vel quia
licet p̄emat, presentia tamen Domini, animus
dulcedine absorbetur. ¶ Porro ascendit cum
Petro nauiculam duram: quia pij homines du-
ram semper vitam diligunt.
¶ Vehementer tamen h̄ac historia quadrat his
sanctis: qui post varias tentationes p̄esentia
Domini gustata, dicunt: Domine iube me veni-
te ad te: iube me de carcere corporis exire, & ad
te in terra viuentium peruenire. Annuit Domi-
nus votis deprecantis, & ad extremum vitę per-
ducit optantem: vt iam iam videatur exiturus ē
corpo. Attanta est fragilitas nostra, tanta etiā
frementis diaboli sequitia: vt qui egredi optabat
ē vita, incipiat mortem timere propinquam: &
ita ferè demergi. Tunc Dominus, modicę fidei,
cur times: ubi tam est, nulla causa timendi, tam
multę sunt confidendi? Si pastus es cum Petro
dulcibus Christi panibus. Si in nauis Christanę remigasti. Si Dei vocem in animo audi-
sti. Si tu exire de vita petisti: cur dubitasti? Di-
xisti, cupio dissolui, & esse cum Christo, & cum
dissolueris, times. Cur dubitas, o modicę fidei?
¶ Non credas fidei habitum minui. Sed Domi-
nus fidei habitū non moratur. Fides apud Chri-
stum p̄etiosa illa est, quę amoris flammis exar-
det. Quę tunc minui dicitur: cum illa amoris
flamma, aliquo vento reflante tepescit.
¶ Et cum cognouisseum homines loci illius, mi-
serunt ad uniuersam regionem illam: &
obtulerunt ei omnes infirmos. Quam apte hominis
animus, qui Christi p̄esentia intrasse sensit, de-
lineatur. Profectò, qui in nauicula remigauit,
qui se superiorē fluctibus estimauit, qui Domini
manu ē fluctibus arreptus est: adeò eum diligit,
adeò eum ardet, & deperit: vt nunquam ceiset
ad omnes clamare, vt veniant omnes infirmi, &
sanentur à salute. Ad omnes clamat, & dicit:
Omnès sitiens venite ad aquas. Et tanta fi-
ducia clamat: vt dicat. Venite, tangite, vel mi-
nutissimam Christi partem: & sanabimini. Tā-
gite vestra consideratione mortem Domini
turpissimam: tangite iudicium, tangite infer-
num, tangite quę libuerit Domini opera, licet
Isaie. 55.1
P abiecta.

abiecta. Si fideliter contrectaueris sanaberis. Sed te potissimum fimbria passionis Domini sanabit: habet illa considerata presentem Dei efficaciam: ut sanet egretos si velint.

¶ Est ergo officium eorum qui Christum cognoverunt, & adorauerunt: ad eius notitiam & cultum, omnes prouocare, & Christum rogar: ut vel fimbria passionis, & sanguinis sui eos tangat: ut sanentur.

CAP V T XV.

Tunc accesserunt ad eum.



RIMVM NOS HIC
Dominus admonet eius rei, in qua facilè multilabuntur: putantes viam esse rectam, cum tamen nouissima viè ducant ad perditionem. Sunt ergo quā plurimi, quibusdam regulis humanis addicti: quas si impleant, nihil sibi ad salutem deesse putent. Credit ille: si quasdam orationes recitarit, non se subitò, neq; sine pœnitentia, moriturum. Id verò est legibus humanis fidere. Credit alter: si omnibus diebus missè interfuerit, non se in infernum iturum. Alius: si quibusdam vestibus, certis cibis, & certis quibusdam orationibus vtatur, certani se gloriam habere. Contra Dominus verbis apertissimis clamat: non se timeri: non vitam, aut salutem in hisce regulis collocari: sed in fide, & dilectione. Quicquid aliud agas, aut patiaris: si charitatem non habueris, nihil es. Mandatum enim primum est, diligere Dominum ex toto corde, anima, & cætera. Si non decreuisti amorem Dei, omni bono, & omni malo preferre: frustra laborasti. Prima prædicatio est: Pœnitentiam agite. At pœnitentia est dolere de præterito, cū animo omnia mala subeundi, ne cōmittas peccatum, in futuro. Baptista prædicabat: Parate viam Domino, rectas facite semitas eius. Si cor tuum non tendit rectà in Deum, toto cœlo erras. Enoch, & sancti antiqui ambulabant cum Deo, & coram Deo: habentes Deū præ oculis cordis. Si id tu non habes cur non procuras? David dicit: Mihi adhærere Deo bonum est, vnicum bonum est, cor Deo ad glutinare per dilectionem: vnumq; cum Deo fieri per gratiam: id si non curas: ne credas te salutem habiturum. Putas ne facile esse, à te exisse, & Deo vnum fieri? Grande opus est: ita Deo hæsisce, ut neque pœnitentia neque futura, neque mors neque vita possint separare cor, à charitate Dei. Id si tu habes, Christum lauda. Sin minus: videte ne quis vos decipiat, per phi-

losophiam, & traditiones hominum, non enim in eis consistit salus: Sed adminucula sunt: vt ea adquiratur, vel acquisita seruetur.

Secundo Dubium occurrit, num Dominus hoc loco damnet morem, quem tum Iudei habebant, bona sua Deo offerendi? Et primum apertum est: si parentes non indigerent, potuisse filios bona sua Deo sacrare. Id enim est quod Dominus iubet dicens: *Malach. 3.* Inferte omnem decimam in horreum meum, & sit cibus in domo mea: & super hoc probate me. Secundo etiam apertum est: si templum non eget, sed est ditissimum: contra sunt patres, aut pauperes alij, egentes: stultè egeris nisi pauperibus succurras. Et hic est, arbitror, huius loci nostri genuinus sensus. Deus enim & natura necessitati maiori succurrunt. Tertio rogas, quid si ministri Ecclesiæ egerint, egerint etiam mei parentes? Responderem, ministros Ecclesiæ tam esse sanctos, tam crucis amatores, vt (si non vehementius egeant) facilè oblata respuerent: ut pauperibus succurratur. Fatres enim sunt, quietiam cum penuria sua, cibos filijs procurabunt. Nisi forsan adeò esset utilis Ecclesiæ Prelatus, ut cibandus sit auro, portandus balsamo. Veniamus ad textum.

Quare discipuli *tui trasgrediuntur manus data seniorum?* Hoc est carnalium hominum ingenium: vt mandata seniorum, mandata s. antiqua, sectentur. Adam homo terrenus, antiquus & senior est. Lex Moy si quia de terrenis: ideo senior, & antiqua est. Christus cōtra est homo nouus: spiritusq; eius, spiritus nouus est. Et ideo homo Christianus creatura noua est. Iam vetus homo noster suas habet leges, suas traditiones: quas carnales homines exactissimè seruant: Ut in regum curijs, in Pontificum palacijs, proh dolor, videre est. Sunt de hac re scripti libri: quomodo vindicanda iniuria: quomodo inferenda contumelia. Utinam verò veteres hi, veteres suas sanctiones sanctè seruassent, in sordibusq; suis solum fordescerent. Sed his non contenti, rident reprehenduntq; nouę vitę sectatores, si sua illa vetusta conténant. At nobis maximè præceptum est noua præcepta seruare: benedicere malecentibus: amare inimicos: non irasci sine causa, & reliqua. ¶ Sed præcor te lector expede quę nam illa sunt, circa quę seniorum mandata versentur. Certè: lauare manus ad manducandum. Vrceos ad bibendum: lectos ad dormiendum. O præclaram seniorum philosophiā! tota versatur in cibo potu, lecto. In his eius est superstitionis, & morositas. Cum tu videris virum his curiosissimè intentum carnalem iudica. Nā spiritus facta carnis mortificat, non in comeditionibus, & ebrietatis, non in cubilibus. Sed induit Dominum Iesum: & carnis curam non facit in desiderijs. Deo enim spiritus intentus, carnem miseram contemnit.

Ezechie. 10.

Apocali. 22.

Ieremie. 33.

Marci. 7.

Roma. 13.

Prover. 26.

Cori. 13.

Deuter. 6.

Math. 3&c.

4:

Math. 3.

Gen. 5.6.17

Hebre. 11.

Psal. 72.

Ioannis. 17

Roma. 8.

Coloss. 2.

Roma. 9. ¶ Adhuc tamē libet rimari: quid nam sit Iudeos lauare crebro manus. Christianos non ita Paulus dicit: Iudeos sectantes iustitiam: in iustitiam Dei non peruenisse. Et item: omnia arbitror ut stercora, ut Christum lucrifaciam: & inueniar in illo, non habens meam iustitiam. Ergo Iudei ieunantes bis in sabbato, & decimas dantes, lauabant manus suas: iustificabantq; se, & credebant in his iustos se esse. Contra vita Christiana iubet, Christianus enim homo immundum se esse dicit: Et immundas manus habere se credens, ad Christum recurrit: ut eius iustitia iustitiam in nobis efficiat: atque ita sit ipse nostra iustitia, sanctificatio, & redemptio. Iudeus igitur lauat sibi manus: at Christianus vidēs se immundum, à Christo lauari cupit.

Luce. 18. ¶ Iterum aduerte: Iudeus si benē agit, agit ut bona temporalia assequatur. Si ergo lauat manus, lauat ut bona terræ manducet. Ideo enim Iudei benē agunt, ut bonis terræ fruantur. Ut igitur doceat Christus iam non propter bona terræ comedenda, Christianos debere operari: ideo nō vult discipulos suos crebro lauare manus.

2.Corin. 1. ¶ Demum Iudeus lauat man⁹ exterius: ea s. quæ patent. Christus lauat interius in abscondito.

Isaie. 2. ¶ Et quod maximum est: Iudei lauant manus: at Christus lauat pedes discipulorum, frustra enim laueris opera (quæ per manus designantur) nisi laueris pedes, (qui affectus significant.) Ergo Iudeorum est opera lauata: Christi, lauare affectiones. Quibus lotis, reliqua ferè munda sunt. Quibus contra illotis, reliqua sunt immunda. Meritò ergo Dominus discipulis suis pedes lauat, in ultima cœna, manus minime lauás.

Isaie. 1. ¶ Ad Pharisæorum verò quæstionem Dominus respondet.

Quare & vostræ gredimini mandata Dei, propter traditiones vestras? Vbi singula verba sunt expendenda. Quare, inquit. Idest dicit: quæ causa vos moueat, ad leges Dei violandas? num satissimamente carni vestre? num placere diabolo? num assequi miserum lucrum? sunt nē hę dignę rationes, ut Dei maiestatem sacrilegè conculcetis? Num dignum erat propter eduliu[m] lentis rufę, vēdere primogenitaram? & propter triginta argenteos vendere Christum?

Genes. 23. ¶ Quare & vos: Vos: vermis, puluis, cinis, uniuersa vanitas, fœnum, umbra, mendax, terra, lutum. Vos: mea gratia Christiani, vestra professione diuinę legiscultores. Vos fratres mei: filij Dei, vos Dij, vos meo sanguine redempti, mea morte iuificati, mea ascensione exaltati,

Luce. 22. ¶ Transgredimini. Angeli nunquam transgressi sunt. Nunquam cœli, statuit enim hęc in eternū, præceptum eis posuit: & nunquam sunt transgressa. Aquę superbi fluctus terminos sibi præfixos non sunt transgressi. Etiam infernus leges Dei non transgreditur: at homo transgreditur. Et quidem Deus leges quas semel homini sanxit, nunquam est transgressus. Neque enim

ei libertatem abstulit, nec pium premijs defraudavit. ¶ **Mandata Dei.** Tanto consilio librata, tanta charitate promulgata. Quæ si serues eternitatem fœlicitatis, si violes infinitatem supplicij comparabis. Quę essent seruanda: etiam si nec essent pœnæ nec premia constituta. Iudicia enim Domini recta iustificata in semetipsa, desiderabilia super aurum: at tu conténis, ut carbones. **Psalm. 18.**

¶ Propter traditiones vestras, O veram diuinę legis contumeliam! Sed quid aliud ab homine expectes, quām diuinis contemptis, humana preferre? Porro traditio Pharisaica erat.

Qui dixerit patri aut matri: Hoc munus: quod ex me, Deo offero: precor Deum, ut tibi proficit. Hac ratione tibi in spiritualibus ministro, corporale obsequium à me non expectes. At contra Dominus: Reddite quę sunt cæsaris cæsari. Imo nescio quid sit? in dilectione proximi totam legem voluit sumari: ut qui proximo beneficerit, Christo beneficerit. Quod enim unum nō fecisti mihi fecisti. Si Deo seruire cupis, proximo serue, maximè verò patri.

Isaie. 20. ¶ Benē prophetauit de vobis Isaia, populus bic labiis me honorat. Si labijs sine corde honorare, facit hypocritam, quid faciet iurare, peierare, blasphemare? ¶ Cor autem eorum longe est à me. O vtinam non nobis hęc vox conueniat. Longe sunt cœli à terra. Si cor tuum terrenum est, & terrena amat, Deus verò habet sedem in cœlo: certè longe est cor tuum à Deo. Si cor tuum est in peccato, longe est à peccatoribus salus: Deus enim est ipsum esse, vita, veritas, & fœlicitas. Peccatum est nihil, vanitas, mors, infernus. Igitur necesse est longe Deum esse, à peccato. ¶ Sine causa & incassum colunt me. O horrendum incassum: in fine laboris nostri, nauigationis, militię omnia esse cassa: incassum nobis labores Christi, Christus, Ecclesia & Deus ipse. O vere timendum incassum.

Et conuocatis ad se.

Non immerito Dominus hęc docturus, prius aduocat non vnum, aut alterum: sed omnes turbas. Nec contentus audientium corona, ab eis attentionem exigit, dicēs, audite. Nec eo contentus addit, intelligite, expédite apud vos, quām sint recta quæ dicemus. ¶ Intellige igitur Dominū sedisse in excelsō throno: ut finem imponeret legi veteri: ut reuocaret fideles à tā mollito v̄su, Deum colendi in exterioribus: & vt doceret quā ratione coli vellet: quæ etiā sint quę coram Deo, hominem inquinant. An non sunt ista summa? ¶ Prima ergo lex Euangelica est: Nihil per os intrans, hominem inquinat. Licet verò carnis in quadragesima elus inquiet edentem: hęc tamen culpa nō per Euāgelium, sed per Ecclesiam est. Iam quia hęc lex videri poterat legi antiquae contraria: ideo Paulus totus est in eius assertione. Ideo enim reprehendit Petrum abstinentem à cibis lege Gal. 2. p ij vetitis.

Coloss. 2. vetitis. & item: Si mortui estis ab elementis mundi: quid ad huc decernitis, ne tetigeris, neq; gustaueris: & super haec vehementer cum Iudeis contendit. ¶ Secunda lex Euangelica. Quod de ore procedit, inquinat: quę non intelligitur, in vniuersum omne prodies ex ore inquinare. Quia os iusti meditabitur sapientiam, & de ore tuo iustificaberis. & dic tu prius ut iustificeris. Ergo intelligitur contrā quā Iudei intelligebāt, quasi diceret. Nihil intrás coinquinat: sed poti⁹ aliquid exiens inquinat. ¶ Non est porro leuiculum explicare: cur Dominus non dixit id inquinare, quod exit per oculos, manus, pedes? forsitan, quia nullum est instrumentum, quo homo à brutis differat, nisi os. Qua ratione Iacobus dicit: Quirefrenare linguam potest, perfectus est vir. Et Salomō dicit: Cor stulti in ore ei⁹, & os sapientis in corde ipsius. Est enim vicarium responsū inter verba oris, & mentis. Quod enim mēs cogitat, vult, cupit: naturali cōsequentia, fit statim verbum in ore. Ideo cor & os vnum censemur: est enim canalis apertus ex corde ad os. Neq; ferè aliud est in quo cor aperius cognoscas, quā in ore: est n. lingua mētis vehiculum. ¶ Atqui discipuli audientes dicunt, scis quia Pharisæi scandalizantur. Nec mirum: quia hoc totam legem eneruat, & subruit. Porro lege eneruata, necesse est & sacerdotium transferri. Quo translato sacerdotum autoritas perit, & maiestas. ¶ Admonemur, non esse indignum maiores à minoribus admoneri: vt hoc loco Christus, ab Apostolis, & Petrus à Paulo. Sicut nec est indecorum, maiores res suas cum minoribus tractare: vt Christ⁹ cibaturus quinq; milia, id cum Philippo consultat.

Ad Gala. 2. **Philipp.** **Ioannis. 6.** **Omnis plantatio quā non plantauit Pater meus eradicabitur.** Si igitur predicator prodesse populo vult: & ab eo decerpere fructū: non horarium, sed permanentem. Patrē roget, vt plātet. Nam quā mens, lingua, & manus hominis plantat, non potest maiorem habere efficaciam, quā ipse homo. Ipse verò eradicabitur, igitur & plantatio eius. ¶ Vna est, culpa: plantatio, quā homo plantat: & in eternum non eradicatur. Vi delicto quia ei complantatur à Deo pœna, quę in eternum durabit. Porro hac ratione, spectatur animam rationalem non plantari ab homine, quia immortalis sit. Quę mortalis esset si eam hō generaret. ¶ Addit Dñs. **SINITE cœcisunt.** O verbum durissimum. Sinite eos, relinquamus eos. Terra enim s̄pē super se venientem bibēs imbre, & non producēs fructū, relinquitur. Hanc relictionem significat verbum illud: Ecce, relinquetur domus vestra deserta. Idē verò est, nubibus mandabo, ne pluant super eā. Et illud, non putabitur, nec fodietur: sed vepres, & spinę ascendent super eam. Licet enim Deus nunquā auferat ab homine auxilia, & fauores: quibus si conetur anima, surgere possit: auferat tamen illos, quibus facile surgeret. Vē igitur

cum dicit Christus discipulis suis, sinite & relinquette: & velut exite ab eis. Exeuntibus enim bonis de medio malorum, remanent mali, sicut Sodomitę, exeunte ab eis sancto Loth: statim enim illi perierunt: sicut exeūtibus Iudeis ab Agypto. Exod. 13. Agyptus perijt. Etegresso IESV à Ierusalem (Nam extra portam passus est) vastatur Ierusalem. ¶ Porro non relinquentur hi quia cœci: sed quia cœci cœcorum sunt duces: sicut contra, summa religio & meritum est: cum videas, lumine esse cœcorum. Id enim est erudire multos ad iustitiam: esseq; solem mundi, & salem. Ducem te esse videntem: munus Dei est, Christi, Apostolorū, & Papę. Ei enim dicitur, pasce oves meas. Ioan. 21. Ducē verò cœcum esse, munus diaboli est. Qui lob. 41. est rex super omnes filios superbię: officiumq; est Phariseorum. Non enim nisi summo dāno, te & Christi gregem affidis, si cœcus velis cœcos ducere. Ut enim nulla par gratia referri potest, patri qui te secundū carnem genuit: & multo minus ei, qui te secundū spiritum regenerauit: qua pœna, obsecro te, dignus erit, qui in presenti vitam auferit spiritus, oblatus in futuro vitam carnis. Videant Episcopi nostri, si hēc ipsis convenient. ¶ Ambo inquit in foueam cadunt: nulla ignorantia excusat, quin cadas: & cadas in foueam. O quām confringentur ossa, illi qui in tā profundam foueam cadet. At contrā custodit Dominus ossa iustorum, vnum ex ijs non conteretur. Mors verò peccatorum pessima, quia Psalm. 33. confractis omnibus ossibus in infernū protuūt. Eodem. **Accessit Petrus dicens, edisse nobis hanc parabolam & respondetur ei: Adhuc & vos sine intellectu estis.** Grauis reprehensio in primis. Cuni enim Episcopus sit aliorū dux, & lux: si & ipse sine luce sit, omni reprehensione dign⁹ est. Neq; n. alicui minus, quā Episcopo ignorātia conuenit. ¶ **NON intelligitis, id quod intrat in os, in ventrem & secessum ire:** & propterea non tangere cor: nec coinquinare. Quod si animam nō inquinat, igitur neq; hominem: qui maximē ex anima est. Sola igitur ea quę de corde exeūt, ipsum inquinant. ¶ **Vbi primum nota:** Non quod intrat in cor, siue voluntate, ipsam inquinare. Solum enim id quod exit inquinat. Igitur cogitatio quā vel dæmon, vel necessitas, vel natura cordi ingerit non inquinat. Nisi per consensum, illa ex corde velut filius ex patre generetur. ¶ **Secundo, nota.** Etiam cum voluntas non nihil delectatur, non adhuc plenē coinquinari. Quia tunc voluntas, velut partum exire volentem cohibet. Et ideo nondū dicitur partus malus ex ijsse, & ita nec inquinauisse. ¶ **Tertio.** Cur non dixit, è corde exeunt bona cogitationes, sicut & male? Certè quia perditio nostra ex nobis est, auxiliū ad bonum ex Deo: ex quo est omnis sufficientia nostra. Oſcę. 13. ¶ **Quarto.** Si quę in os intrat mittūtur in secessū, vide cuius gratia tota vita nostra laborat. Er. 2. Cori. 3. go propter sterlus, bella, lites, pugnę labores. ¶ **Quinto**

Scis. Sofo
de gradī
6^a auxiliij
specialis

¶ Quinto. Si in secessum emittitur, est ergo in ventre virtus stercoris expultrix: vt hostis & inimici. Sunt enim stercora (teste Aristotele) vitæ nostræ contraria: vt inam sicut est virtus expellens stercora terrena, esset emittens spiritualia. **¶ Sexto nota illud:** Quæ ex ore procedunt, de corde exeunt: quo videtur indicari, non aliam esse maliciam eius quod prodit exterius: & eius quod exiit interius. Vna est igitur malicia oris & cordis, vna actus interioris & exterioris.

De corde exeunt cogitationes malæ: homicidia, adulteria, fornicationes, furtæ, falsa testimonia.

Ioan. 15. Hec sunt peccata cōtra proximū, quæ primo loco ponuntur: quia ubiq; Dominus vult, amorē proximi esse mādatū suum: mandatum nouū: **Quod impleri vult:** etiā antequā offeramus mun⁹ nostrū, ante altare. **¶ Et nota,** Primo loco poni cogitationes: licet Moses in fine decalogi eorum meminerit. Cuius ratio est: quia vita Christiana, maximè interioribus intēta est: contra Mosaica exterioribus. Sed duo illa mādata postrema Moysi, sub illo Christi vnicō verbo (*Cogitationes*) sunt comprehensa. Porrò homicidia spectant ad quintum præceptum decalogi. **¶ Adulteria & fornicationes** ad sextum. Meminit tamen speciatim fornicationis: quia apud Mosen nulla erat de ipsa mentio. At Dñs in Euangelio afferuit expressè, eam inquinare. **¶ Furtæ, &** (iuxta Marcū) Avaritia: spectant ad septimum. Et facta est mentio specialis avaritiæ: vt scias nō solum furtū, sed oēs contractus usurarios, & etiā iniustos (quos avari ex cogitarūt) hoc loco prohiberi. **¶ Testimonia falsa,** (quibus Marcus addit, nequitia & dolus): spectat ad octauum præceptū decalogi. Est autē nequitia ponitria. i. machinatio in malū proximi: dolus verò, cū opere perficitur. Hec verò complectūtur omnē dolū, qui fit in iudicio. **¶ Marcus addit:** immūdiciam, & oculū malum: Quæ duo ad nonū & decimum præceptum spectat. Siquidē per immundiciā, vel potius procacitatē, (quæ græcis est, aselgia) cōcupiscimus vxorē proximi: per oculū verò malū, eius res exoptamus. Hactenus de peccatis contra proximum. Sequuntur contra Deum.

B L A S P H E M I A. Cui Marcus addit superbiam, & insipientiam. Vbi nota, per insipientiam Deū negari. Dixit. n. Insipiēs in corde suo, nō est Deus. Per superbiam, contēni: idq; maximè in rerum sacrarum cōtemptu. Per blasphemiam in honori: habes igitur insipientiā contra primum præceptū. Superbiā contra tertium. Blasphemiam contra secundū: En totus decalogus.

Hec sunt que coinqūnat, & maculat hominē. Overē pessimam, & horribilissimā maculam: quæ contra infinitā maiestatem. i. Deū fit: quæ ab infinita vanitate, id est, homine prodit: quæ infinitū bonum. s. gloriā aufert: quæ Deū nobis propinquū, amicum, spōsum, fratrē, & patrē exasperat, & irritat: vt hostis sit noster & vindex. **¶ Hec** macula animam occidit: quæ ab

ea vitam, gratiam, & Deū aufert: seruumq; peccati, & filiū diaboli facit. **¶ Hec** macula totum vniuersum turbat: omnia enim creata sunt, vt **Psalms. 8.** homini seruiāt: vt ita homine Deū colente, per eum omnia Deū colant. At contra cum hō seruit diabolo, ei omnia ferè seruire cogit.

¶ Hec priuat hominē charitate, & virtutib⁹ moralibus quas infusas Theologi vocat. Priuat cōmunicatiōe, Dei, agelorū. **¶ Hec** vires carnis auget: arma diabolo subministrat, reddit hominē infirmum: Imō mortuū esse facit: vt Paulus ad Ephes. 2. dicit. Imō vertit in nihilū. Peccatū. n. nihil est: demū nos vehemēter expoliat, vt **Psalms. 78.** noster: quia pauperes facti sumus nimis.

¶ Si penetrare vis quanta sit hēc macula, hinc intelliges. Quia solo Christi sanguine: & nō hīcorum, aut taurorū purgari potest. Post hanc vitā tam, purgat purgatoriū locus, vbi sunt ardore inferni. His purgatur macula: etiā sanctorum.

Quia impiorum macula, post hanc vitā expiari, nec ignibus inferni, poterit. **¶ Et quod mirere:** Cuncta quæ creavit Deus sunt valde bona: at in die iudicii ardebunt, & magno calore soluētur: **2. Petri 3.** vt ab hac macula p̄ homines cōtracta purgētur.

¶ Audi & illud: macula hēc omnia in orbē appetit malā. Bella, lites, pugnas, pestem, languores, mortem. Propter peccatum, mors & eius **Roma. 5.** assecle introierunt in mundū. Deus. n. mortem **Sapien. 2.** non fecit, nec lētatur in perditione viuorū. Creauit. n. vt essent omnia. Et sanabiles fecit nationes terrarū: Et nō est illis medicamentū extermij (quasi dicat non erat condita medicina contra extermīnū), iustitia enim p̄petua est, & īmortalis. In iustitia verò, est mortis adquisitio. Impij autē verbis & manibus accersierunt illam.

¶ Hec macula deiecit angelos de cōelo: & homines de paradiſo. Propter hāc habet Deus hostes: fortē. s. illū armatum: & mundi principes, & rectores harū tenebrarum. Propter hāc terra fit sterilis, & terra fructifera vertitur in salsuginē: à malicia habitantiū in ea. Propter hanc nubes non dāt rorē, & prohibētur stillæ pluviarū. Propter hanc terra pfert spinas & tribulos. Propter hanc mulier parit filios in dolore: terra maledicta est in opere nostro. Propter hanc pōena etiā contra innocentes grassatur. Patres enim comedunt vuā acerbā, & filij obstupescunt. Et Deus vindicat in tertia & quartam generationem.

¶ Propter hac cōgregat super nos Deus omnia mala, & sagittas suas complet in nobis: consumit nos fame, &c. Propter hāc mutātur regna. Imō hēc destruxit olim totum orbē, & eū etiā postea destruet. s. cum abundabit iniquitas.

¶ Propter hāc cōgregat super nos Deus omnia mala, & sagittas suas complet in nobis: consumit nos fame, &c. Propter hāc mutātur regna. Imō hēc destruxit olim totum orbē, & eū etiā postea destruet. s. cum abundabit iniquitas.

¶ Propter hāc cōgregat super nos Deus omnia mala, & sagittas suas complet in nobis: consumit nos fame, &c. Propter hāc mutātur regna. Imō hēc destruxit olim totum orbē, & eū etiā postea destruet. s. cum abundabit iniquitas.

¶ Propter hāc cōgregat super nos Deus omnia mala, & sagittas suas complet in nobis: consumit nos fame, &c. Propter hāc mutātur regna. Imō hēc destruxit olim totum orbē, & eū etiā postea destruet. s. cum abundabit iniquitas.

¶ Propter hāc cōgregat super nos Deus omnia mala, & sagittas suas complet in nobis: consumit nos fame, &c. Propter hāc mutātur regna. Imō hēc destruxit olim totum orbē, & eū etiā postea destruet. s. cum abundabit iniquitas.

¶ Propter hāc cōgregat super nos Deus omnia mala, & sagittas suas complet in nobis: consumit nos fame, &c. Propter hāc mutātur regna. Imō hēc destruxit olim totum orbē, & eū etiā postea destruet. s. cum abundabit iniquitas.

¶ Propter hāc cōgregat super nos Deus omnia mala, & sagittas suas complet in nobis: consumit nos fame, &c. Propter hāc mutātur regna. Imō hēc destruxit olim totum orbē, & eū etiā postea destruet. s. cum abundabit iniquitas.

Ioan. 13.
Ioan. 13.
Math. 5.

Marci. 7.

Marci. 7.

Eodem.

Psalm. 52.

*Macula
Pecatū*

5. 77. 2^o Macula p̄cetū.

Ioān. 20.
Ioān. 14.
Romā. 15.
Luis dare solet: eam quā mundus dare nō potest: eam quē comites habet iustitiam & gaudium in Spiritu sancto: in qua regnū Dei consistit. Eam videlicet, quæ vñū amat, in vno gaudet, ab alijs conturbantibus ferè libera. Eam demū quē stilla est, & velut mica, illius pacis immēse: qua fruūtūr filij Dei, in Dei mensa sedentes. Quā meritō vexatus à dēmone querit, vt liberetur à tanto malo. f. dēmonis impugnatione: & fruatur tanto bono. i. pace cœlesti? ¶ Secundus sensus: vt intelligatur de eo qui è peccato infidelitatis exiit: sed ab alijs peccatis impugnatus, ab eis liberari desiderat. Vtrumq; sensum prosequemur.

Egressus *inde Iesu secessit in partes Tyri, & Sidonis.* Tyrus Hēbræis significat afflictionē: Sidō venationē. Venit ergo Iesus in afflictionem: quia cum diues esset, p nobis pauper factus est: vt ei⁹ inopia diuites essemus. Cū. n. in forma Dei esset, exinanuit semetipsum.

Ita planè cū esset in pace locus eius, in afflictione venit, vt eius afflictio, nos pacē haberemus. Psalm. 21.

Tum factus est cerua matutina venationi canū & leonum obnoxia: vt eius ligatione nos quos dēmon, venatus erat, liberaret. Quæ te vicit clementia, qui cum in pace & sinu patris essemus, naturales delicias à corpore cohibuisti: vt diceres, afflictus sum, & humiliat⁹ sum nimis: & rursum,

Psalm. 37. Threno. 3. Venatione cēperunt me quasi auē: profecto ingressus es in limum pfundi, in altitudinē maris afflictionum: quia si tu ingressus in pœnas peccati nō fuisses, nemo è peccatis egredi potuisset.

¶ Aduerte non dictū esse: venit Christus in Tyrum, & Sydonē: sed in partes Tyri & Sydonis. Ut intelligas Christum nō introisse in totū peccatum, sed solum in pœnas peccati: quæ sunt confinia & velut partes peccati.

¶ Ut ergo Theologis, mors Christi est causa mortis peccati: & eius resurrectio est causu vitę nostrā: ita & eius ingressus in Tyrum & tribulationē, est causa nostrę egressionis è peccato. Egressus. n. est Deus ē paradiſo suo, vt hō qui è paradiſo exierat, in paradiſum regredi posset. ¶ Nota illud, ingressus est in partes Sydonis. s. venationis. Iā

Psalm. 58. Tit. psal. 21. si Iudei famen patiuntur vt canes, & Christus est cerua. Quām igitur cerua hēc, lacerabitur, & cruentabitur à rabidis, & famescētibus canibus?

Ecce mulier Chananea egressa de finibus illis. Mulier erat, negotiosa erat, id enim significat Chananea: sed maximē. mulier maledicta erat. Chananei enim maledicti sunt, in Chanaā nepote Noe. Quem Chā pater Chanaam vidēs, verendis nudis, risit. Sed ea Sem & Iaphet reuerenter operuerunt. Planē, carnales homines rident Christi paupertatē, nuditatē, humilitatem, & crucem. Hæc sunt verenda patris nostri, in die quo, amore vineę suę inebriatus, in cruce dormiēs, se detexit. At, qui filije ius sunt legitimi, hi vultu ad eterna conuerso, hæc verenda reuerenter tegūt, & adorant. ¶ Chananea igitur erat ex forte malorum filiorum: erat ergo male-

dicta. Porrò maledictio fuit, vt seruiret: & ita Chananei, id est, impij, seruiunt peccato.

¶ Egressa igitur mulier de finibus illis: de negocījs, turbationib; de multis finibus. Vnus sanè est finis sanctorū. s. Christus: malorū verò multi sunt fines. Alius enim colit idola: alius vētrem: alius aurum. Hos oēs fines prētergreditur anima, quando vnum querit Christum. Si igitur Christiane Christum apprehēdere libet: egredere & tu ab omnibus finibus. Si enim vel in uno offenderis, factus es omniū reus. Ideo enim Nazareus iubetur abstinere à vino, & omni quod inebriare potest: & Iudeus abstinere ab omni anathema. & iubetur Israel egredi cū omni substantia sua, vt nec vngula animalis remaneat in Ægypto. & iubetur Abraham egredi de vr, cum omnibus suis. & iubetur sponsa obliuisci populum suum & domum patris sui. Et Rebecca exit è domo patris sui: cum sola nutrice. Videlicet, quia sine ppria carne viuere nemo potest. Ideo iubetur occidi Amalec, cū omnibus suis. Agag cum omnibus suis. Abraham nihil voluit à rege Sodome. Jacob nihil relinquit apud sacerū suū.

¶ Egressa clamauit ad Dominum. Ergo, officiū eius qui egressus est, quiq; viator est ad cœlum, erit clamare ad Dnm. Oportet. n. semper orare, & non deficere. Quid enim aliud faciat, qui circuitur à leone, vt deuoretur. Cui collectandū est cum carne, cum mundo, cū principatibus aeris. Qui placiturus est Deo: membra tamen habet non ad placendū, sed ad displicendū. ¶ Clamabat verò ad Dnm: vtinā non ad aliū nostra desideria suspirassent. Sed ve, clamamus ad honores, voluptates, & diuitias: & quod latentius malum est, ad volūtatem nostrā. At psaltes, Ad te leuaui oculos meos. Quia grauissimē offendebat Deum Iudei, cū ex Ægypto procurabant auxiliū. Et nimis reprehensus fuit rex, qui Deum Acharō consultum misit, quasi inquit Elias, nō esset Deus in Israel. Et profecto qui nouit, quanta sit quæ eum miseria premit, nō ad alium clamat quā ad Dominum. Formula vero clamoris erat hēc.

Fili David miserere mei. Miserator est, ideo misereatur: hunc enim proposuit Deus propitiatorem, per fidem in sanguine ipsius. Ideo. n. circūdatus est pōtifex noster infirmitate: vt possit compati in infirmitatibus nostris. Vbi nota: eo Christus condolet nobis, quia & ipse circundatus erat carne infirma. Et vt alibi dicit: Debuit per omnia fratribus assimilari: vt misericors fieret: id est, debuit fieri hō, sicut reliqui homines: vt sit misericors, quasi dicat: Verbū Dei, debuit fieri filius David, vt hominū infirmitatibus misereatur. Sapienter igitur Chananea dicit: Fili David miserere. Eo enim ipso quō, cū filius Dei esses, factus es filius David: ad miserendum nobis propositus es. Nemo enim miseretur, nisi miseriā expertus. At tu eam expertus es, non quatenus filius Dei, sed quatenus filius David.

Ide

Jacobi. 2.
Numer. 6.

Iosue. 7.
Exodi. 10.

Genesis. 12.
Psal. 44

Genesis. 24.
1. Regū. 15.
Genes. 14
Genes. 31.

Luce. 18.
2. Petri 5.

Ephesi. 6.
Roma. 6.

Psalm. 122.
Isaię. 30.

4. Regū. 1.
ocSa 2.1.1.1

Psal. 140.
Roma 3.

Ad Heb. 5.

Ad Heb. 2.